

ANNO & valeant, facultatem auctoritate Apostolica tenore 1748. præsentium perpetuo concedimus, & indulgemus; ei-

domque Prælati sic, ut præferat, eligendo, nominandoque Prælati sic, & approbando, auctoritate, & tenore prædictis

idem concedimus, & impertimur omnes, & in illas facultates, quod causas civiles tam activas, quam passivas, tam motas, quam movendas, in quibus Ficus, & Camera Capitolina interesse aliquod habere possit, tum in prædictis antiquis statutis Judici Cameræ prædictæ, tum in Chirographo ejusdem Clementis Præ-

cessoris Prælati hujusmodi attributas, cum eisdem iuribus, & privilegiis, quibus in causis itidem Fiscalibus potiuntur, & gaudent Judices Cameræ Nostræ Apostolicæ, & præsertim cum privilegio, quod ab eisdem Prælati in Judicem electi decretis, aut sententis appellari nequeat, sed solum peti possit commisso appellacionis, aut recursus ab audientia Nostræ, & Romano Pontificum Successorum Nostrorum; cum declaratione, quod ipse Prælati sic electus approbatusque, sit, atque esse intelligatur quoad causas supradictas Judex Ordinarius, atque ideo neque sportulas accipere possit, neque sub Constitutionibus revocationis Judicium, & Tribunalium particularium hadenus publicatis, vel in posterum quavis occasione a Nobis, seu Romanis Pontificibus Successoribus Nostris publicandis comprehenditur censetur. Decernentes eandem præsentem literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dictis Conservatoribus plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus prædicta Innocentii Prædecessoris, ac Nostris super abolitioe, & reformatione Tribunalium editis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Almæ Urbis, & Cameræ Capitoline hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 11. Decembris 1748. Pontificatus Nostræ Anno IX.

D. Card. Passioneus.

LXV. FESTORUM DIERUM

Reductio in Regno Neapolitano citra Pharam & in Diocesis Messanenſi & Panormitana.

Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopis & Episcopis Regni Siciliae citra Pharam, nec non Messanenſi & Panormitano Archiepiscopis.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Venerabiles Fratres, salutem & Apostolicam Benedictionem.

CUM, sicut quædam sunt, ut inquit S. Leo Magnus Prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sunt, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in his, quæ dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis Evangelicis contrariam, nec decretis Sanctorum Patrum inveniatur adversum: Eapropter hæc S. Sedes, pro paterna erga universos Christianos benedictione, quoad integrum sibi fuit; consuevit supremam suam in his auctoritatem interponere, quæ cæteroquin ad majus divini cultus incrementum præscripta, aut perfringentem in nonnullorum cordibus charitatem, ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariarum inopiam, non sine conscientia

angore continentur. Cum itaque Charissimus in Christo Filius Noster Carolus utriusque Siciliae & Hierusalem Rex Illustris tum coram per se ipse, quam quatuor ab hinc annis Romam profectus est, tum sæpe alias per suos in Urbe Ministros id a Nobis studiosissime efflagitaverit, ut pauperum calamitatis sublevandis, qui opere faciundo victum lucrantur, sanctorumque dierum cultui, & Religioni amplificandæ, eorumdem Festorum dierum numerum imminuere dignaremur: Nos in tanto negotio, nisi re tota sedulo perspecta, haud quidem decernendum esse rati, id usque responsum dedimus: Nihil Nos de hujusmodi Ecclesiasticæ disciplinae institutis prorsus immutatos, nisi per Archiepiscopos & Episcopos rogaremur, nisi per Archiepiscopos & Episcopos rogaremur, quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, quique Domus Israel facti speculatores, qui ferant hominum, temporumque vicissitudines, cominus introspectiant; Immo id in animum induxisse Nostrum (si quid in hac re foret innovandum) affirmavimus, ut salva & incolumi, solemnioribus diebus Festis, veteri disciplina de audiendo Sacro, & a servilibus operibus vacatione, ipsam tantum servilibus curis per aliquot Festos dies, humanæ necessitatis ratione habita, vacare indulgeremus, lege tamen altissimi Sanctissimi Altaris Sacrificio nequaquam abrogata. Ab universis porro Fraternitatibus Vestris supplices, gravissimæque in idem argumentum literas accepimus, quibus plurima incommoda ex dierum Festorum frequentia in vestras respective Dioceses, & Provincias invehi lamentabamini; ac de eis imminuendis accurate differentes, eandem ac Nos ipsi, rationem iurabamini esse ineundam: Id propterea ejusdem Caroli Regis æquissimæ voluntati, nec non ipsi Fraternitatum Vestrarum votis hac in re, quantum cum Domino possumus, obsecrari, Festorum dierum grandævum numerum ad modum revocandum existimavimus. Fraternitatibus itaque Vestris, Fratres Archiepiscopi, & Episcopi totius Regni Siciliae citra Pharam, ac Fratres Archiepiscopi Messanenſi & Panormitano. per præsentem committimus, & mandamus, ut unusquisque Vestrum in suis respective Provinciis, ac Civitatibus, & Diocesis hanc de Festis diebus legem Auctoritate Nostra Apostolica edicat, nempe, ut diebus Dominicis Paschatis Resurrectionis, & Pentecostes, aliisque per annum Dominicis diebus; nec non diebus Circumcisionis, Epiphaniæ, Ascensionis, Corporis Christi, & Nativitatis Domini; diebus Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis, & Conceptionis B. Mariæ Virginis Immaculate; natali die Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli; die Festo omnium Sanctorum; ac Festo die cuiusvis præcipui quarumcumque Civitatum, vel locorum Diocesis prædictarum Patroni, pro veteri Ecclesiæ Catholice instituto, Sacris non tantum altare Christianis vestrarum respective Civitatum, & Diocesis tenentur; sed etiam a servilibus operibus feriati sunt: In reliquis vero Festis sive per Apostolicam hanc S. Sedem, sive per Synodales quarumcumque Diocesis hujusmodi Constitutiones, sive quacumque aliâ de causa, etiam ex causa voti per Christianos Civitatum, Diocesis, & Provinciarum hujusmodi, eorumque Maiores facti, quod quoad hanc partem Auctoritate Nostra Apostolica per Vos commutari volumus, præceptis, præscriptisque, sacrosancto Missæ Sacrificio intersint; cæterum negotiis familiaribus, servilibusque suis operibus, sine illo prorsus conscientie scrupulo, incumbere integrum cuique esto. Ubi vero obtingit, unam eundemque Episcopum duabus præfate Ecclesiis invicem canonicè unitis (quod potissimum in Regno Siciliae citra Pharam evenit) quarum unaquæque suum habet præcipuum Patronum, homines tantum illius Diocesis, cujus Patroni Festus dies recurrat, non vero alterius, volumus & præcipimus eodem die tum Missæ Sacrificio adesse, tum a servilibus operibus sibi temperare. Quæ cum ita se habeant, Fraternitates Vestras in Domino plurimum hortamur, ut Vos populos vestræ curæ commissos quàm sapientissimè edocatis, quæ ad justam, legitimamque dierum Festorum celebrationem pro temporum varietate pertinere videbantur, qua spiritus alacritate, qua mentis contentione, qua cordis humilitate altare oporteat Sanctissimo Altaris Sacrificio, in quo Christus Dominus tradit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suavitatis, quam frequentes Divinis Officiis, sacrisque Concionibus, Christi.

PONT. A. VIII.

Responsum Pontifici a Patri Episcopo, rum exequere voluit.

Episcopi omnes pro re ditione supplicauerunt.

Hinc Post. primo accipit dies Festos, qui ab omni opere feriati esse debent.

Secundo quoad reliquos dies Festos illos ita servari jubet ut audio Sacerdotibus festis quibus servari debent.

Consulti in causa quod dicitur Ecclesiæ unitæ, singulis primum Patronum habentem.

Hortatur Episcopos ut Populos, monent eisdem diebus Festorum observantiam.

Christianæ explicationibus & explanationibus esse debeant, & quanti paculi sit eos temerare dies, quoad sui nominis gloriam amplificandam sibi Dominus consecravit. Non autem pro eos dies potissimum Christiani delium corda graventur in crapula, & ebrietate, ac cogitationibus secularibus, quam diligentissime curare debent, ut profana quæque, ludrica, & minus religiosa a publicis locis quam longissime amoveantur, etiam invocato, si opus fuerit, auxilio brachii secularis: quod sane non defuturum nequaquam dubitamus. Memores semper Prophetici illius oraculi, quo solemnitates, quas vitiosa consuetudine homines deturpant, tamquam ster-cus a Deo projiciendas, & disperendas esse declaratur. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ adhibetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostense. Non obstantibus Apostolicis, ac universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non Provincialium, Civitatum, Diocesis, & locorum prælatorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XII. Dec. MDCCXLVIII. Pontificatus Nostræ Anno IX.

D. Card. Passioneus.

ERECTIO Cathedralis Ecclesiæ Pinarolien. BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI Ad perpetuam rei memoriam.

IN Sacrosancta B. Petri Principis Apostolorum specula, nullis Nostris meritis, sed inestimabili Divinorum Judiciorum altitudine collocati, ad universum Gregem Dominicum oculis Nostræ mentis intentos semper habemus, more vigiliis Pastoris insipientes, quid Apostolicæ providentiæ impendere debeamus, ut Grex, ipse ubique gubernetur utiliter, & ad Cælestia Pæcusa fideliter dirigatur. Hinc, si ratio exigat, & Animarum utilitas persuadeat, ut in aliquo insigni Oppido nova Sedes Episcopalis instituat, id quidem tanto libentius, promptiusque curandum, ac congrue exequendum censemus, quanto studiosius alicujus incliti Regis pietas novæ Sedis hujusmodi institutionem deposcit, & exoptat, & Nos, rerum, & locorum circumstantis diligentius consideratis, majori Divini Nominis gloria, commodiori Christianidelium disciplina, & Orthodoxæ Religionis incrementis arbitramur in Domino multatim prodesse, & salubriter expedire.

Cum itaque, sicut ex instantione Charissimi in Christo Filii Nostræ Caroli Emmanuelis Sardinie Regis Illustris Nobis per dilectum filium Joannem Baptistam Balbis Simeonem Comitum de Rivera Senatorem Tauernen, ejus apud Nos, & Sedem Apostolicam Administratum facta, accepimus, Monasterium Abbatia nuncupatum Sanctæ Mariæ Oppidi Civitatis nuncupati Pinarolii S. Benedicti, seu Cisterciens. Ordinis Nullius Diocesis Provincie Tauernen, quod de Jurepatronatus ejusdem Caroli Emmanuelis Regis, ratione Ducatus Sabaudie, cujus ipse Carolus Emmanuel Rex etiam Dux existit, ex fundatione, vel dotacione, aut ex Privilegio Apostolico, cui non est Bullar. Rom. Bened. XIX. Tom. II.

Oppidum vero præfatum perantiquum, & Caput Provincie, satique celebre, & insignis existit; cum in eo reperiantur quædam Nobiles Familie, ac frequentes Incolæ numerum quinque millium excedentes, literarum scientia, bonarum artium peritia, morumque urbanitate respective præditi, nec non præter unam, & alteram infra scriptas Collegiatus Ecclesiæ, duo Sanctimonialium, & quatuor Virorum, unum videlicet Fratrum S. Dominici Prædicatorum nuncupatorum, & aliorum Fratrum S. Augustini Heremitarum; & reliquorum Fratrum ejusdem S. Francisci Capuccinorum respective nuncupatorum respective Ordinis Comonibia nec non Collegium Presbyterorum Regularium Societatis Jesu, & Hospitium pro Puellis Orphanis, duo quoque Hospitalia, alterum Charitatis nuncupatum, alterum vero pro Infirmis, & Infantibus expositis, nec non Peregrinis recipiendis, ac Hospitium magnificè extructum pro Catechumenis, & Hæreticis Vallium illarum Partium ad fidem Catholicam noviter conversis. Pro temporali autem ipsius Oppidi, totiusque Provincie, ejus illud, ut præfatur, Caput existit, gubernatio, & regimine resideat inibi Gubernator cum Officialibus Status majoris, & militari præsidio, nec non admitt. Inspector, & Præfatus tam pro Oppido, quam pro illius Provincia præfatis: proptereaque inter illustria, celebriora & illarum Partium Oppida recensetur; dignum quoque, & accommodum reputetur, ut Pontificali Sede per Nos, ut infra, decoretur, & ad Episcopalis Civitatis honorem evehat.

Cumque insuper in primordito Oppido una Sancti Donati, & altera secularis, & Collegiata, quæ etiam Parochiales existunt, Ecclesiæ Sancti Mauricii invicem perpetuo sic unitæ, ut earum Præpositus & Cædem existant, Collegiatarum hujusmodi constituant, & in ipsius Collegiatis Ecclesiis una Præpositura, quæ in utraque earum Dignitas principalis, & unica existit, ac quindecim Canonicatus, totidemque Præbendæ, quatuor videlicet, totidemque omnino liberæ collationis, ac reservationibus; ac affectionibus Apostolicis obnoxii, & obnoxie, quos, & quas pro tempore respective obtinentes, pro eo, quod eis datum fuit colligere decimas tritici & vini ad rationem duorum pro quolibet centenario, & anno, Canonici Decimantes nuncupantur, qui alias cumulative cum Præposito præfato muniti Parochialia, Præpositus quidem in ambabus, Canonici vero Decimantes nuncupati hujusmodi duo in una, & alii duo in altera Collegiatis Ecclesiis præfatis respective explebant, ac alii quinque, totidemque, qui, & quæ, ut etiam accepimus, olim de Jurepatronatus laicorum, certarum videlicet Familiarum ex fundatione, vel dotacione respective existebant, nunc vero, Familiis hujusmodi penitus extinctis, ad illos, & illas pro tempore respective vacantes Nominatio, seu Præsentatio Personarum idonearum in eis ad Nominacionem, seu Præsentacionem hujusmodi, per Ordinarium loci, ut alias respective instituerantur, ad pro tempore existentes Capitulum, & Canonicos unius, & alterius Collegiatarum Ecclesiarum hujusmodi, cessantibus reservationibus, Gg 2 & affe.

Qualitate ejusdem Oppidi.

Alia illius Prærogativa.

Status duarum Collegiatarum Ecclesiarum ibidem existentium.



& affectionibus Apostolicis præfatis, aut ex eorum respective fundatione præfata forsan semper, & quodcumque spectat, & pertinet, ac reliqui sex Canonici, totidemque Præbendæ, qui, & quæ, ut similitur accepimus, etiam de Jurepatronatus laicorum ex fundatione, vel dotatione existant, nec non sex perpetua simplicia, personalem tamen residentiam requirunt, ac servitium Chori annexum habentia Beneficia Ecclesiastica, quæ pro tempore respective obtinentibus nonnullas Missas celebrandi, seu celebrari faciendi onus incumbit, tria nimirum in una, & reliqua tria in altera ex dictis Collegiatis Ecclesiis respective fundata, quorum unam, quod Joannes Antonius Solar, omnino liberæ collationis exiit, ad alia duo, quæ Henricus Marsiglia, & Joannes Michael Iulianus, dum illa pro tempore vacant, Nominatio, seu Præsentatio Personarum idonearum, in eis ad Nominacionem, seu Præsentacionem hujusmodi, per eundem loci Ordinarium, aut alias respective instituendarum, etiam ad pro tempore existentes Capitulum, & Canonicos præfatos, cessantibus reservationibus, & affectionibus Apostolicis præfatis, seu ex eorum fundatione forsan semper, & quodcumque, similiter spectat & pertinet; Reliqua vero tria, quorum unum Petrus Demolin, & aliud Prosper Boutal Clerici, seu Presbyteri dilecti quoque filii ad præfens respective obtinent, tertium autem certo, quem præfentibus haberi volumus pro expresso, modo vacavit, & vacat ad præfens, ut pariter accepimus, de jurepatronatus laicorum, videlicet dilectorum pariter filiorum illorum de Lanteri, & de Bontal, & de Caluso respective Familiarum ex fundatione, vel dotatione respective existunt, & super cujus jurepatronatus pertinentia quoad Beneficium vacans hujusmodi filii, & causa in Partibus, seu in Romana Curia præfata coram certo, seu certis earundem Partium Iudice competente, seu Iudicibus competentibus inter unam præfatorum de Lanteri, & alteram Familias dilectorum eisdem filiorum illorum de Aquilant, ex una, & altera partibus ante, vel post præfatum illius vacationem introducta, in prima, seu alia veriori instantia pendet indecisa, erecti, & instituti, ac erectæ, & institutæ, nec non erectæ, & institutæ reparantur.

Quamquam vero Præpositus, & Canonici pro tempore existentes præfati unum, & idem Capitulum unum, & alterius Collegiarum Ecclesiarum hujusmodi, ut præfertur, constituant, diversimode tamen pro diversitate Fundationum, in una, & altera Collegiarum Ecclesiarum præfatis Chorus dirigatur, & Divina peragantur Officia; & Præpositus quidem in alterutra pro ejus libito Divinis Officiis interit, Canonici autem præfati alii uni, alii alteri ex dictis Collegiatis Ecclesiis sine vicissitudine respective deserviant, solumque omnes Canonici præfati insimul sacris functionibus intersint in primodicta Collegiata Ecclesia quibusdam anni solemnitatibus, ac etiam insimul conveniant pro eligendis Vicerectoribus pro Curia Animarum Parochianorum unius, & alterius Collegiatarum, quæ etiam Parochiales, ut præfertur, existunt, Ecclesiarum præfatarum, quam Præpositus, & quatuor Canonici Decimantes nuncupati prædicti olim exercebant, exercitio, itemque pro eligendis aliis quatuor Vicerectoribus ad curam Animarum Parochianorum in locis Buriachi, & Rivæ, ac Bernedascæ, & Taluchi existentium similiter exercendam. Verum primodicta Collegiata Ecclesia in honorem præfati Sancti Donati dicata optior, & magis accommodata dignoscatur, ut ad Cathedralis Ecclesiæ statum, & Dignitatem per Nos etiam, ut infra sublinetur.

Quod ut amplioribus eveniat successibus, dilectus similiter filius Joannes Baptista Dorlier de Saint Innocent Presbyter, qui Monasterium Præposituram nuncupatum Sancti Laurentii de Plebe Martyrum nuncupati Ultien. Ordinis Sancti Augustini Canonico Regularium Nullius, seu Taurinen. Diocesis, in ea tamen Delphinatus parte positum, quæ in fœderibus Pacis iniis cum Clara memorie Ludovico hujus nominis XIV., dum in humanis ageret, Galliarum Rege Christianissimo, Regia Domui Sabaudicæ cæsse fuit, ad quod, dum illud pro tempore vacat, Nominatio Personæ idoneæ Romano Pontifici pro tempore existenti faciendâ ad præfatum Carolum Emmanuelem Regem spectat, & pertinet, in Commendam ad sui vitam ex concessione Apostolica ob-

Collegiata Ecclesia S. Donati dilectorum conferatur, ut in Cathedrali-lem. erigatur. Cedio Monasterii Ultien, causa hujus executionis.

tinet, ad infra scriptorum effectum, Commendæ secundum dicitur Monasterii, in quam illud ad vitam ex simili concessione Apostolica obtineri consuevit, ac omni, & cuicumque Juri sibi in secundodicto Monasterio, illiusque regimine, & administratione, vel ad illud quomodolibet competenti, & per eum præfens, in manibus Nostri sponte, & libere cedere proponat, & ex nunc cedat.

Itemque Carolus Emmanuel Rex, pro ingenti ejus Religione, & Catholici Principis pietate, plurimum cupiens Cathedralis Ecclesiæ in primodicto Oppido institutionem, ut præter alias, quæ in Divinorum celebratione proficiscuntur, utilitates, futuris inibi Episcopus pro tempore residens Pontificalis Dignitatis splendore, & verbo prædicationis, nec non Sanctorum Operum exemplo, fructuque orationis, Catholice Fidei veritatem exhibeat Hæreticis in vicinis Vallibus commorantibus, eosque ab hæreticæ pravitate erroribus ad viam salutis, operante Domino, revocet, & reducat, pro commodi ipsius futuri Episcopi habitatione, & residentia, nec non pro Seminarii Puerorum Ecclesiastici institutione, donec tamen, & quousque Domus Episcopalis, & Seminarii hujusmodi ædificia construantur, aut aliter utrique congrue, & sufficienter provideatur, usum Palatii Gubernii in primodicto Oppido existentis ad utrumque effectum satis apti & capaces, assignare proponat, & ex nunc liberè & liberaliter assignet.

Nos igitur, qui primodicti Oppidi statu, & insignitate, aliisque circumstantiis univèrsis matura consideratione pensatis, congruam esse censemus novæ Sedis Episcopalis in ipso primodicto Oppido plantationem; eamque, ac omnia, & singula per Nos, ut infra, disponenda Catholice Fidei propagationi, Christianissimum ædificationi, & spirituali consolationi, Divinæ Cultus incrementis valde profutura confidimus, eximium eisdem Caroli Emmanuelis Regis zelum, & religiosâ desideria plurimum in Domino laudantes eaque Apostolicæ Nostre benignitatis Ministerio profecti volentes, necnon secundodicti Monasterii Commendæ cessionem admittentes, Motu proprio & ex certa scientia, deque Apostolica potestatis plenitudine, in secundodicta Collegiata Ecclesia S. Mauricii Collegiatarum tantum, ita ut illa ex nunc Collegiata esse desinat, & deinceps primodictæ Collegiata Ecclesiæ S. Donati in Cathedrali Ecclesia a Nobis, ut infra, erigendæ subjective tantum unita, & annexa remaneat, necnon in uno, & altero Monasterii præfatis quovis ea modo, aut ex aliorum quorumcumque Personis, seu per similem vel aliam liberam secundodicti Joannis Baptiste quoad secundodictum, quo vero ad primodictum Monasterium, seu per liberam dicitur Defuncti, vel quantumvis aliorum cessiones de illis, illorumque respective regimine, & administratione præfatis, in Romana Curia præfata, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & testibus sponte factas, aut Constitutionem felicis recordationis Joannis Papæ XXII. Prædecessoris Nostri, quæ incipit *Excecrabilis*, vel assensuonem alterius Beneficii Ecclesiastici quavis auctoritate collati, una, & altera Commendæ præfatis cessantibus, vacant, etiam si tanto tempore vacaverint, quod eorum provisio juxta Lateranensis Statuta Concilii, aut alias Canonice functiones ad Sedem Apostolicam legitime devoluta existat, illaque ex quavis causa ad Sedem eandem specialiter, vel generaliter pertineat, & ad illa consueverit quis per Electionem assumi, eisque Cura etiam Jurisdictionalis imminet Animarum, & super regimine, & administratione præfatis inter aliquos Lis in illius petitorio vel possessorio, vel quasi molestia, cujus litis statum præfentibus haberi volumus pro expresso, pendat indecisa; dummodo tempore datæ præfentium Monasteria præfata aliis canonice commendata non existant; & de uno, & altero Monasterii hujusmodi consistorialiter disponi consueverit, seu debeat, illorumque provisio ad Nos, & Sedem Apostolicam præfatum ex quavis causa pertineat, in primodicto Monasterio videlicet, cujus fructus, redditus, & proventus, ad sexcentum florenos auri in Libris Cameræ Apostolicæ, ut similitur accepimus, taxati reperuntur, Abbati dumtaxat, & consuetudinem primodictum Monasterium commendandi, una cum illius Mensa Abbatiali, quæ, sicut etiam accepimus, seorsim, & separata a Mensa Conventuali reperitur; firmis tamen, & illæsis, & intactis in

PONT. A. VIII.

Incipit dicitur.

Et diffinitur Monasterium.

in eorum Regulari statu remanentibus ipsius primodicti Monasterii Abbatia Clausurali, Conventuque, ac Mensa Conventuali, eorumque Juribus, membris, & pertinentiis univèrsis; de præfati Caroli Emmanuelis Regis consensu, Apostolica auctoritate perpetuo suppressimus, & extinguimus, Ecclesiam vero, & Fabricam, seu Edificium ejusdem primodicti Monasterii, in quo Edificio dilecti fratris Filii Conventus, & Monachi Ordinis Cisterciensis Congregationis Reformatorum Sancti Bernardi ad præfens inhabitant, quæque ad illius Abbatem perpetuum Commendatarium ante suppressionem, & extinctionem hujusmodi legitime spectabant, & pertinebant, eisdem Conventui, & Monachis nunc, & pro tempore existentibus dicta Apostolica auctoritate etiam perpetuo concedimus, & appropiamus: Cum hoc tamen, quod eisdem pro tempore existentes Conventus, & Monachi, in memoriam concessionis, & approbationis Ecclesiæ, & Edificii hujusmodi, ac in signum supremi Domini, quatuor libras cæteræ abæ quotannis de Fello Assumptionis Beate Mariæ Virginis futuro Episcopo Pinarolien. pro tempore existenti, vel alteri pro eo Missarum Solemnia in primodicta Collegiata Ecclesia in Cathedrali Ecclesia a Nobis per præfens, ut infra, erigenda celebrant, per eisdem primodicti Monasterii Procuratorem præfate, & tribuere remaneat. In secundodicto autem Monasterio, illiusque Præpositura, & Ecclesiæ Sancti Laurentii de Plebe Martyrum nuncupati, præfatum Ordinem Sancti Augustini Canonico Regularium, nec non Conventualitatem, omnemque statum, essentiam, naturam, officia, & Institutum Regularium, ac etiam consuetudinem secundodictum Monasterium commendandi, firmis tamen in infra scripto seculari statu remanentibus Præpositura præfata, illiusque titulo, & denominatione; de simili præfati Caroli Emmanuelis Regis consensu, pari Apostolica Auctoritate itidem perpetuo suppressimus, & extinguimus, nec non secundodictum Monasterium, illiusque Præposituram, & Ecclesiam præfatas, ac membra, loca, res, & proprietates ad Præpositorialem & Conventualem Mensas ejusdem secundodicti Monasterii quomodolibet spectantia, & pertinentia, ac dilectos pariter filios Modernum infra scriptum secundodicti Monasterii Priorem, ac Joannem Agnetem de Geneis, & Josephum Antonium de Roux, ac Dominicum de Raymond, & Franciscum Marchet, & Josephum Fautin, & Joannem Chalmes, & Josephum Antonium Mathæum Bonardel, & Joannem Sertour, ac Joannem de Fazi Canonicos Regulares Ultien. dicitur Ordinis Sancti Augustini, Canonico Regularium in eodem secundodictum Monasterio una cum illius Priore præfato adu clausuraliter viventes, nec non quoscumque alios Canonicos Regulares ejusdem Ordinis Sancti Augustini Canonico Regularium, qui in Congregatione Ultien. hujusmodi expresse professi existant, quique vagi sint, & in Ditionibus dicitur Caroli Emmanuelis Regis, aut alibi Conventualiter, seu clausuraliter non vivant, ad statum Seculare dicta Apostolica auctoritate etiam perpetuo redigimus, & immutamus, privilegiis tamen, indultis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, prærogatiis, Insignis, prærogatiis, honoribus, facultatibus, Indulgentiis, & aliis gratis quibuscumque tam spiritualibus, quam temporalibus, & mixtis, secundodictum Monasterio, illiusque Præposituræ, Ecclesiæ, & Conventui, ac Præpositorialem, & Conventuali Mensis præfatis, ac Officiis, membris, locis, & Beneficiis, siquæ sint, Apostolica, vel alia quavis auctoritate hæcenus quomodolibet concessis, ac etiam de Jure, consuetudine, privilegio, aut alias quomodolibet competentibus, quoad ea tamen, quæ sunt in usu, ac Sacris Canonibus & Constitutionibus Apostolicis, seu statui seculari, & ordinationibus per Nos in præfenti secularizatione præscriptis non repugnant, in omnibus & per omnia, perinde ac si status Regularis hujusmodi remanentibus. Insuper omnes, & singulos Canonicos Regulares præfate Congregationis Ultien. tam superiores nominatos, & cognominatos, ac in secundodictum Monasterio ad præfens clausuraliter viventes, quam alios vagos, & in Ditione ipsius Caroli Emmanuelis Regis, aut alibi versantes, & Conventualiter non viventes, ab omni Apostolicæ, & inhabilitatis macula, sive nota, nec non excommunicationis, aliisque

sententiis, censuris, & penis, earumque, propter votorum suorum, ac Institutum Regularium Ordinis Sancti Augustini Canonico Regularium hujusmodi transgressum, incursum, castitatis tamen voto excepto, ac ab omni obligatione, & vinculo observantia Constitutionum, Ordinationum, & Institutum, & consuetudinum Regularium dictæ Congregationis, & Ordinis hujusmodi, quem professi fuerunt, & a quacumque votorum ab ipsis emissorum, præfati Castitatis voto excepto, & regula, juniorum observantia, ciborum abstinentia, & habitus Regularis delatione, ita quod ipsi de cætero, quoad vixerint, in habitu, tonsura, Divinorum Officiorum celebratione, cæremonis, ritu, incessu, victu, moribus, & vivendi modo, Presbyteris mere secularibus omnino, & ubique, sine ullo conscientie scrupulo se conforment, & pro Presbyteris mere secularibus habeantur, & censentur, ac Jurisdictioni Ordinariorum Locorum, in quibus eos respective commorari contigerit, omnino subiaceant, in utroque foro Apostolica auctoritate præfata absolviuntur, & totaliter liberamus, nec non cum omnibus Canonice Regularibus ad secularem statum per Nos, ut præfertur, redactis præfatis, ut ipsi, & eorum singuli, quæcumque, & qualiacumque cum Cura, & sine Cura beneficia Ecclesiastica, etiam Canoniciatus, & Præbendæ, dignitates etiam majores, & Principales, Personatus, Administrationes, & Officia etiam Curata, & Electiva etiam in Pinarolien. a Nobis per præfens ut infra erigenda, aliisque Cathedralibus, Metropolitanis, Collegiatis, & aliis Ecclesiis, seu si Parochiales Ecclesiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ fuerint, si eis alias canonice conferantur, aut ipsi eligantur, præfententur, aut alias assumantur ad illa, & instituantur in eisdem, in omnibus, & per omnia ad instar Presbyterorum secularium recipere, & obtinere, & dummodo plura simul non sint, quam quæ canonice permittuntur, quoad vixerint, retinere, nec non quæcumque Pensiones annuas super similibus, vel dissimilibus Beneficiorum Ecclesiasticorum, ac etiam Mensarum Archiepiscopali, Episcopali, & Abbatiali fructibus, redditibus, & proventus, ac etiam distributionibus quotidianis, Apostolica eis auctoritate reservandas, aut in eis etiam canonice transferendas, etiam quoad vixerint, similitur in omnibus, & per omnia ad instar eorumdem Presbyterorum secularium percipere, exigere, levare, ac in suos usus, & utilitatem convertere libere, & licite valeant, eadem Apostolica auctoritate dispensamus. Itemque eis, & eorum singulis, ut de quibuscumque bonis, & rebus, ad ipsos, & eorum quomolibet deinceps spectandis, & per eos post præfens secularizationem, legitime tamen, & licite acquirendis, in favorem quorumcumque Personarum, de Jure tamen capacium, testari, vel alias disponere, eisque ab intestato decedentibus, legitimi eorum Hæredes succedere, utque ipsi, & eorum singuli de cætero in quibuscumque bonis, Paternis, e Maternis, ac aliorum Consanguineorum, seu Cognatorum suorum, vel aliorum quorumcumque, tam ex testamento, quam ab intestato succedere, & habere, exceptis tamen iis, ad quæ fuerit qualitercumque, & quomodocumque, ante eandem præfentem secularizationem, jus tertio quæsitum, siue sint bona hæreditaria, successiones, legata, Primogenituræ, & Fideicommissa quæcumque, tempore datæ præfentium aliis jam delata, & actu, ob antiquam incapacitatem, vel renunciationem ipsorum Canonico Regularium ad secularem statum a Nobis per præfens, ut præfertur, redactorum, jam alii effective acquisita, & ab eis possessa, & dummodo non sint bona comprehensa in renunciationibus per eos antea factis, quæ propter præfentem secularizationem, & rehabilitationis gratiam, non valeant illicitus revocari, vel infirmari, etiam libere, & licite possint, & valeant, auctoritate præfata concedimus, & indulgemus.

Prævis autem suppressionibus, extinctionibus, & Ereto Op. Secularizatione præfatis, primodictum Oppidum in pidi Fiqua Civitatem Episcopalem, Pinarolien. ut antea, nuncupandam, cum omnibus Juribus, honoribus, & prærogatiis, quibus aliæ Civitates Pontificali Sede insignitæ, & earum Cives utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, atque uti, frui, potiri, & gaudere in Cathedrali, & poterunt quomodolibet in futurum; Pri-

ANNO 1748.

Et Collegiata Ecclesia S. Donati dilectorum conferatur, ut in Cathedrali-lem. erigatur. Cedio Monasterii Ultien, causa hujus executionis.



ANNO 1748.

modicam vero Collegiatam Ecclesiam Sancti Donati in Cathedralem Ecclesiam, Archiepiscopo Taurinensi pro tempore existenti Metropolita jure subiectam, sub Invocatione Sanctae Mariae, nec non Sanctorum Donati, & Mauricii praefatorum, ac in ea Sedem Episcopalem pro uno Episcopo Pinarolien. etiam nuncupando, qui eidem Ecclesiae, illique Civitati, Pinarolien. ut praefertur, nuncupandis, & Dioecesi etiam Pinarolien. ut infra, constituenda praestit, Abbates inferiores, Praelatos, & alios ad Synodum convocet, & omnia, ac singula Jura, Officia, & Munia Episcopalia habeat, & exerceat, cum suis Capitulo, sigillo, arca, Mensa Episcopali, caeterisque Cathedralibus, & Pontificalibus insigniis, nec non Juribus, jurisdictionibus, facultatibus, praerogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, & Indultis realibus, personalibus, & mixtis, quibus alicae Cathedrales Ecclesiae, earumque Praefules quomodolibet, non tamen titulo oneroso, seu ex Indulto, aut privilegio particulari, similiter utantur, fruuntur, possunt, & gaudent, atque uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt in futurum. Utque primodicta Collegiata Ecclesia in Cathedralem Ecclesiam, ut infra, erigenda ex omni parte perfectior reddatur, condigneque Capitulo, & Canonicorum etiam Dignitates inibi obtinentiam numero condascoretur, praevia omnium, & singulorum Canonice, & Praebendarum, nec non trium Beneficiorum de Jurepatronatus Laicorum, ut praefertur, existentium, ac servitium Chori annexum habentium, in secundodicta nuper Collegiata Ecclesia S. Mauricii nunc sine Collegialitate remanente fundatorum praefatorum, de ipsa nuper Collegiata Ecclesia S. Mauricii nunc sine Collegialitate, ut praefertur, remanente, ad primodictam Collegiatam S. Donati in Cathedralem Ecclesiam, ut infra, erigendam translatione, ita ut ex nunc de caetero tam Praepositi, quam quindecim Canonicorum, ac sex Beneficia praefata pro tempore obtinentiam servitium in Divinis Officiis, aliisque Functionibus praestandum, in unum coalescat, & ad unam nimirum primodictam Collegiatam in Cathedralem Ecclesiam, ut infra, erigendam redactam remaneat, cum facultate tamen se conferendi de per se, vel una cum toto infra scripto Capitulo, ad ipsam nuper Collegiatam Ecclesiam S. Mauricii nunc sine Collegialitate, ut praefertur, remanente in solomnibus Anni Festivitatibus ad Sacras Functiones inibi peragendas: Insuper salvis, & integris omnino remanentibus Praepositorum, & singulorum Canonice, & singularium Praebendarum praefatorum fructibus, & oneribus, ita quod illam, & illos nunc, & pro tempore respectivo obtinentes, eidem annuis redditibus, & emolumentis, quibus haecenus gavisi sunt, etiam deinceps gaudere, & e contra omnia onera eis respectivo incumbentia, ut prius, adimplere, & supportare respectivo debeant, ac teneantur, in eadem primodicta Collegiata Ecclesia in Cathedralem Ecclesiam, ut infra, erigenda, praeter Praepositorum praefatam, quam Dilectus quoque Filius Josephus Maria Garombi ad praesens obtinet, & quae deinceps secunda inibi dignitas existat, ac ejus collatio, provi- sio, & omnimoda alia dispositio, dum illam pro tempore quomodolibet vacare contigerit, ad Sedem Apostolicam, vice, & loco Archidiaconatus a Nobis ut infra erigendi, ac Dignitatis inibi post Pontificalem majorem, & de infra scripto Jurepatronatus dicti Caroli Emmanuelis Regis extituri, semper, & quando- cumque, ut antea, spectet, & pertineat, ac praeter quindecim Canonicatus, totidemque Praebendas praefatas, quorum quatuor Canonicatus, totidemque Praebendae omnino libere collationis, etiam ut antea, existant, & ad alios quinque Canonicatus, totidemque Praebendas olim de Jurepatronatus Laicorum, ut praefertur, existentes, & pro tempore respectivo vacantes, Nominatio, seu praesentatio Personarum idonearum, in eis, ad Nominacionem, seu Praesentacionem hujusmodi, per Ordinarium Locum, aut alias instituentium, prout haecenus ad Capitulum, & Canonicos unius, & alterius Collegiarum Ecclesiarum praefatarum, cessantibus reservationibus, & affectionibus Apostolicis, aut si in eorum, & earum respectivo fundacione reservationes, & affectiones hujusmodi exclusae reperiantur, aut specialiter, & expresse caveatur, illos, & illas semper censendas, & censendas esse de Jurepatronatus Laicorum, semper, & quodcumque, spe-

Et in ea Dignitates & Canonicatus.

stavit, & pertinuit, de caetero ad primodictam collegiatam Ecclesiam in Cathedralem Ecclesiam, in infra, erigendam Capitulum, & Canonicos, etiam Praepositorum, aliasque Dignitates, a Nobis etiam, ut infra, erigendas respectivo obtinentes, similiter, aequae, & pariformiter omnino spectet, & pertineat.

In reliquis vero sex Canonicatibus, totidemque Praebendis de dicto Jurepatronatus Laicorum, ut praefertur, existentibus, Jurepatronatus, & praesentandi laicale hujusmodi iis, quibus illud de Jure respectivo competit, salvum, integrum, & illaessum omnino remaneat, ac praeter sex Beneficia servitium Chori, ut praefertur, annexum habentia praefata, deinceps Mansionariatus, seu Beneficium nuncupandi, quorum unum omnino libere collationis, ut antea, remaneat, ad alia duo etiam de Jurepatronatus Laicorum olim, ut praefertur, existentia pro tempore respectivo vacantia, Nominatio, seu praesentatio Personarum idonearum in eis ad Nominacionem, seu praesentacionem hujusmodi per Ordinarium Locum, aut alias instituentiarum, prout haecenus, ad Capitulum, & Canonicos unius, & alterius Collegiarum Ecclesiarum praefatarum, cessantibus reservationibus, & affectionibus Apostolicis praefatis, aut si etiam in eorum respectivo fundacione reservationes, & affectiones hujusmodi exclusae reperiantur, aut etiam specialiter, & expresse caveatur illa semper censenda esse de Jurepatronatus Laicorum, semper, & quodcumque spectavit & pertinuit, de caetero itidem ad primodictam Collegiatam Ecclesiam in Cathedralem Ecclesiam, ut infra, erigendam Capitulum, & Canonicos etiam Praepositorum praefatam aliasque Dignitates a Nobis etiam, ut infra, erigendas obtinentes, aequae, & pariformiter omnino spectet, & pertineat. In reliquis vero tribus posterioribus Beneficiis hujusmodi de Jurepatronatus Laicorum, ut praefertur, existentibus, Jurepatronatus, & praesentandi laicale hujusmodi dictis respectivo Familiis, quibus illud de Jure competit, & quoad ultimodictum Beneficium hujusmodi, illi Familiis, vel illis Familiis, cui, vel quibus per eventum primodictae lris illud adjudicari contigerit, itidem firmum, salvum, & illaessum respectivo remaneat.

Ad augendum Capitaliarum praefatorum numerum, unum Archidiaconatum, qui inibi post Pontificalem major, pro uno Presbytero in Theologia Magistro, vel in utroque, seu saltem Canonico Jure Doctore, aut Licentiatum in aliqua approbata Universitate Studii generalis, futuro primodictae Collegiatae Ecclesiae in Cathedralem Ecclesiam, ut infra, erigendam Archidiacono, a praefato Carolo Emmanueli, & pro tempore existente Sardiniae Regi Illustri, ratione praefati Ducatus Sabaudiae, ad illum pro tempore vacantem praesentando, ac unum Archipresbyterum, qui tertia, pro uno Archipresbytero, ac unum Cantoratum, qui quarta, pro uno Cantore, & unum Thesaurarium, qui quinta, pro uno Thesaurario ab eodem Carolo Emmanueli, & pro tempore existente Sardiniae Rege, ratione Ducatus hujusmodi, ad eundem Thesaurarium etiam pro tempore vacantem pariter praesentando, qui unam Missam qualibet hebdomada in suffragium Animarum supremorum Principum Regiae domus Sabaudicae defunctorum in perpetuum celebrare teneatur, ac unum Primiceriatum, qui sexta, inibi respectivo Dignitates existant, qui Archidiaconatus, & Archipresbyteratus, ac Cantoratus, & Thesaurariatus, necnon Primiceriatum praefati, quilibet illorum videlicet, sicuti etiam quae Praepositura praefata, a sex ex ipsis primodictae Collegiatae Ecclesiae in Cathedralem Ecclesiam, ut infra, erigenda, Canonicis etiam una cum suis respectivo Canonicatibus, & Praebendis, absque dispensatione Apostolica obtineri possint, & debeant, pro uno Primicerio, nec non duos alios Canonicatus, totidemque Praebendas, quae nullo unquam tempore Juri optionis subjaceant, unum videlicet, & unam, qui Archidiaconatus, ac alterum, & alteram, qui Primiceriatum praefatis semper respectivo adherere, & insimul cum eisdem Archidiaconatu, & Primiceriatu respectivo conferri, & absque dispensatione Apostolica obtineri etiam debeant, pro ipsis futuris Archidiacono, & Primicerio etiam Canonicis primodictae Collegiatae Ecclesiae in Cathedralem Ecclesiam, ut infra, erigenda extituri, ab ipso Carolo Emmanueli,

PONT. A. VIII.

239

ANNO 1748.

PONT. A. IX.

Dismembratio Locorum & Ecclesiarum a jurisdictione alicujus locorum.

nuele & pro tempore existente Rege praefato, ratione Ducatus hujusmodi, ad unum, & alterum Canonicatus, unamque, & alteram Praebendas, ut infra, erigendas & erigendas hujusmodi, quomodolibet pro tempore respectivo vacantes, etiam praesentandis. Demum unam, quam Joseph Vagnone, in Theologialem, ac alteram Praebendas, quam Hyacinthus Beaudou modernis primodictae Collegiatae Ecclesiae in Cathedralem Ecclesiam, ut infra, erigenda Canonici dilecti quoque Filii ad praesens respective obtinent, & quorum ad id expressus respective accedit assensus, in Penitentiariam respective Praebendas, quae itidem Juri optionis nullo unquam tempore subjaceant, ita ut deinceps de uno, & una Theologialem, quos Joseph, ac de altero Canonicatibus, & altera Penitentiaria nuncupandis Praebendis hujusmodi, quos Hyacinthus praefati ad praesens, ut praefertur, respective obtinent, quoties deinceps illos, & illas pro tempore quomodolibet respective vacare contigerit, praevio Concursu disponsi, ac uni, & alteri Presbyteris etiam Magistris in Theologia, aut in utroque, vel saltem Canonico Jure Doctoribus, aut in Decretis respective Licentiatum provideri debeat, ad Omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ac gloriosissimae Virginis Mariae, eorumdemque Sanctorum Donati, & Mauricii honorem, Fideique Catholicae exaltacionem, Apostolica auctoritate praefata perpetuo erigimus, & instituiamus.

Praeterea a Dioecesi Taurinensi quindecim, unam videlicet de Campione, & aliam de Fensle, ac aliam de Libiana, & aliam S. Joannis nuncupatum, ac aliam de Angrognia, & aliam de Luferna, ac aliam de Turre, & aliam de Bobbio, ac aliam de Rorata, & aliam de Villar, ac aliam S. Germani etiam nuncupatum, & aliam de Inverso Pinafca, ac aliam de Primolo in Vallibus sita, necnon aliam de Burisaco superiori, & inferiori, ac reliquam de Bricherasio extra Valles posita respectivo Loca, alicaque viginti septem ad secundodictum Monasterium Praepositorum a Nobis per praesentes, ut praefertur, ad Saecularem statum redactam praetiam spectantia, & superioris Jurisdictionis pro tempore existentis Archiepiscopi Taurinensi subiecta, unum nempe de Oulx, & aliam de Bardenasche, ac aliam de Melelet, & aliam de Arnaud, ac aliam de Roche Mole, & aliam de Millares, ac aliam de Bianlard, & aliam de Chabran Beaulard, ac aliam de Saubeltrand, & aliam de Cesane, ac aliam de Turres, & aliam de Beufons, ac aliam de Fenilis, & aliam de Desertes, ac aliam de La Val, & aliam de Traverfes, ac aliam de La Rua, & aliam de Paucierces, ac aliam de Viffesaus, & aliam de Fenelretelles, ac aliam de Menolles, & aliam de Villaret, ac aliam de Chateu du Bois, & reliquam de Baulest, alicaque duo, in quibus Prior Monasterii Sanctae Mariae Majoris nuncupata praefati Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium Oppidi Civitatis nuncupati Secuti Nullius Dioecesis Provinciae Taurinensi a dicta Praepositura Ultien. ad Saecularem statum a Nobis, ut praefertur, per praesentes redacta dependentis, sub Regulari forma, Archiepiscopus vero Taurin. quandam sibi reservatam Jurisdictionem, haecenus respectivo exercuerunt, unum videlicet de Exilles, & alterum de Chaumont respectivo Loca, ac in omnibus, & singulis Locis praefatis consistentes, & consistentia, Collegiatae, Parochiales, & alias Ecclesias, monasteria, Praepositorum, Prioratus, & alia quaecumque, quocumque, & quacumque cum Cura, & sine Cura Saecularia, & quorumvis Ordinum Regularia Beneficia Ecclesiastica, etiam si, Saecularia videlicet, Canonicatus, & Praebendae, dignitate, personatus, Administrationes, & Officia etiam Curata, & electiva etiam in Collegiatis, aliisque Ecclesiis, Regularibus, Dignitates etiam Conventuales, Personatus, Administrationes, & Officia etiam Clausuralia, Capellaniae, & Capellae sint, & ad Dignitates, Prioratus, Praepositorum, & Praepositorum hujusmodi consueverint qui per Electionem assumi, omniumque, & singulorum quadraginta quatuor Locorum hujusmodi utriusque sexus Personas, Habitatores, & Incolas tam Laicos, quam Clericos, & Presbyteros, & Beneficiatos, & Religiosos quoscumque, cujuscumque status, gradus, & Ordinis, & conditionis existant, ab Ordinaria, non tamen Metropolitana, Jurisdictione, Potestate, & Superioritate Venerabilis Fratris Nostri moderni,

cujus etiam ad hoc expressus accedit assensus, & pro tempore existentis Archiepiscopi Taurinensi, dicta Apostolica auctoritate similiter perpetuo dismembramus, separamus, & exinimus.

Eaque quadraginta quatuor posteriora Loca sic per Nos, ut praefertur, dismembrata, separata, & exempta, itemque primodictum Oppidum in Civitatem Episcopalem a Nobis per praesentes, ut praefertur, erectum, & ex prioribus viginti sex Locis praefatis alia viginti tria Loca, videlicet praefatum de Riva, ac dictum de Bardenasca, & praefatum de Abbazia, seu Sancti Verani, ac dictum Sancti Petri, & praefatum de Talucco, ac praefatum de Porris, & dictum de Villar Perosa, ac praedictum de Tagliarato, & praefatum de Pinafca, & dictum de Perosa, & praefatum de Meana, ac dictum Sancti Secundi etiam nuncupatum, & praedictum de Miranolo, ac praefatum de Turina, seu inverso Ponte, & dictum de Pomareto, ac praedictum de Facto, & Reclaceto, & dictum de Perero, ac praedictum Sancti Martini etiam nuncupatum, & praefatum de Massello, ac dictum de Chiabran, & Maniglia, ac praedictum de Rodoreto, & praefatum de Prali vulgo nuncupata Loca propria Territorii primodicti Monasterii, illiusque Abbatae a Nobis per praesentes, ut praefertur, suppressae, & extinctae, ejusdemque primodicti Oppidi in Civitatem Episcopalem a Nobis per praesentes, ut praefertur, eredi, & posteriorum quadraginta quatuor, ut praefertur, dismembratorum, separatorum, & exemptorum, ac ex prioribus viginti sex Locis praefatis dictorum viginti trium Locorum hujusmodi, insimul ad sexaginta septem Loca ascendentium, universas Personas tam Saeculares, quam Ecclesiasticas, & quorumvis Ordinum Regulares Ecclesias, Monasteria, Prioratus, Praepositorum, Praepositorum, & alia Beneficia Ecclesiastica hujusmodi, cum ipsorum Juribus, & pertinentiis universis, novae Ecclesiae Episcopalis Pinarolien. illiusque futuro Praefati pro suis Civitate Dioecesi, Clero, & Populo, ita quod licet Personae eidem Ecclesiae Pinarolien. tam nunc a primae illius erectione, & institutione hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet Pastoris solatio destituta in Episcopum, praesentia per se, vel alium, seu alios ejus nomine, veram, realem, actualem, & corporalem possessionem, seu quasi possessionem administrationis spiritualis, & omnimodi Juris Dioecesis in primodictum Oppido in Civitatem Episcopalem a Nobis per praesentes, ut praefertur, erecto, necnon in omnibus aliis sexaginta septem Locis praedictis propria auctoritate libere apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere, ejusdem moderni, & pro tempore existentis Archiepiscopi Taurinensi, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita, pari Apostolica auctoritate etiam perpetuo concedimus, & assignamus, necnon supponimus, & subiectimus.

Ne autem ex dismembratione, & separatione praedicti Territorii Ecclesiae Taurinensi nimiam imminutionem patiat, eidem moderni, & pro tempore existenti Archiepiscopo Taurinensi de alicujus compensationis supplemento providere, simulque aptiori & commodiori Ordinarie Jurisdictionis exercitio consulere volentes, reliqua tria Loca ex prioribus viginti novem Locis hujusmodi, nempe praedictum de Famalesco, & praefatum de Mombello, ac dictum de Lagnasco, Loca haecenus Jurisdictionis pro tempore existentis Abbatis primodicti Monasterii subiecta, praevia, quatenus opus sit, eorumdem trium Locorum a Territorio primodicti Monasterii, illiusque Abbatae a Nobis per praesentes, ut praefertur, suppressae & extinctae simili dismembratione, & separatione, praefato Territorio Ecclesiae Taurinensi auctoritate praefata perpetuo adjungimus, unimus, & incorporamus, eaque sic per Nos, ut praefertur, adjuncta, unita, & incorporata, nec non in eis consistentes, & consistentia, Ecclesias, Beneficia, & utriusque sexus Christifideles, Ordinarie Jurisdictioni, potestati, & Superioritati ejusdem moderni, & pro tempore existentis Archiepiscopi Taurinensi, aequae, ac pariformiter subiectimus, & supponimus.

Et ulterius tam praefato Archiepiscopo Taurinensi, Communitatem Venerabilis etiam Fratri Nostro moderni Episcopo Salutarum, ut ipsi de eorum respectivo Territorii unum Locum pro altero ad invicem Communitatem mutando, Archiepiscopus praesentis videlicet ultimum modicum Locum de Lagnasco praefato Episcopo Salutarum.

Illorum, & exempta, & subiectio Ecclesiae Pinarolien.

Subiectio Locorum Archiepiscopo Taurinensi.

Commutatio Locorum inter Episcopum & Episcopum Salutarum.



Salutarium; ipse vero Salutarium Episcopus alium Locum Civitati Taurinen. magis proximam, & aequalis fere conditionis, atque valoris eidem Archiepiscopo, in perpetuum respectu concedere libere, & licite possint, & valeant; ita quod, ubi mutua concessio, & commutatio hujusmodi, ut praefertur, facta fuerit, duo Loca hujusmodi ab uno, & altero Territoriis, quorum ad praesens respective existunt, Apostolica auctoritate praefata separata, seu juncta, & dismembrata, ac ipsum de Lagnasco Territorio Dioecesis Salutarium, alterum vero a praefato Salutarium Episcopo concedendum respectu Loca Territorio Dioecesis Taurinen. pari Apostolica auctoritate perpetuo respectu unita, annexa, & incorporata sint, & esse censeantur eo ipso, plenam, liberam, & omnimodam potestatem, licentiam, & facultatem eadem auctoritate concedimus, & impertimur.

Collationem vero, provisionem, & omnimodam aliam dispositionem Dignitatum, Canoniarum, & Praebendarum, aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque in primodicto Oppido in Civitatem Episcopalem a Nobis per praesentes, ut praefertur, erecto, ac in omnibus & singulis Locis Pinarolien. Dioecesis etiam, ut praefertur, assignatis, & appropriatis praesentis consistorii, de cetero ad pro tempore existentem Episcopum Pinarolien. Ordinario Jure, in Locis autem de Amalofco, & de Mombello praesentis, ac postquam commutatio praefata, ut praefertur, sequuta fuerit, in alio loco per dictum Episcopum Salutarium intuitu commutationis hujusmodi etiam, ut praefertur, concedendo, ad praesentem Archiepiscopum Taurinen., ac deum in dicto loco de Lagnasco ad ipsum Episcopum Salutarium, nunc & pro tempore existentem Ordinario Jure respectu spectare, & pertinere debere, salvis tamen semper, & in fuorobore permanentibus quibuscumque reservationibus, & affectionibus Apostolicis, & absque aliquo illarum praedictio, ac salvo quoque semper Patronatus, & presentandi, ac nominandi Jure quoad Dignitates, Canonicatus, & Praebendas, & alia quaecumque Beneficia Ecclesiastica tam Praesentationis Ecclesiasticae, quam de Jure patronatus Laicorum, ac illorum & Clericorum mixtum respectu existentes, & existentia, ita ut ad illas, ac illos, & illa pro temporaria respectu vacantes, & vacantia, earum, & eorum, respectu Patroni, Laici nimirum, ut antea, Ecclesiastici vero, cessantibus dumtaxat reservationibus, & affectionibus Apostolicis, Personae idoneae praesentare, & respective nominare possint, & valeant; Occurrentibus vero reservationibus, & affectionibus Apostolicis praesentis, collatio, provilio, & omnimoda alia dispositio, Beneficiorum praesentationis Ecclesiasticae existentium, ad Sedem Apostolicam praesentem private spectet, & pertineat, etiam si Jure patronatus, & presentandi ad illa transeerit de Laicali in Ecclesiasticum; nisi tamen forte in eorum respective reservationibus specialiter cautum esset, illa semper habenda esset tamquam de Jure patronatus Laicorum, vel ipsa Apostolica Sedes ab illorum collatione, expresse exclusa fuisset. Insuper in praedictis viginti septem Locis ad Praeposituram secundodicti Monasterii ad Saecularem statum a Nobis, ut praefertur, redacti antea spectantibus, & Dioecesi Pinarolien. etiam, ut praefertur, concessis, & assignatis, nec non in dictis Locis de Exilles, & de Chaumont, utpote quae omnia posita sunt, & sita in ea Delphinatus parte Regiae Domini Sabaudiae ut praefertur, cessa, quoad collationem Beneficiorum Ecclesiasticorum inibi dumtaxat, & non alibi, respectu consistorii, Gallicae Concordata in omnibus esse servanda. Itemque, cum in primodicto Oppido in Civitatem Episcopalem a Nobis, ut praefertur, erecto, & in praesentis viginti sex Locis antea Jurisdictioni tunc existentis Abbatis primodicti Monasterii subjectis, vigeant usus, & consuetudines, ut similiter accepimus, legitime introducti, & introductae, ac diversi, & diversae ab illis, qui, & quae videntur in praesentis quindecim Locis a Dioecesi Taurinen. ut praefertur, dismembratis, omnes respectu usus, & consuetudines in primodicto Oppido in Civitatem Episcopalem a Nobis, ut praefertur, erecto, ac in singulis viginti sex antea Jurisdictioni tunc existentis Abbatis primodicti Monasterii subjectis, ac in singulis quindecim a praefata Dioecesi Taurinen., ut praefertur, dismembratis Locis praesentis, legitime tamen, respectu servari solitos, & solitas, ac qui, & quae hactenus

Attributio Jure conferendi singulis, quibus competat.

etiam legitime vigerant, & videntur de praesenti, etiam deinceps servandos, & servandas esse, & fore, nihilque quoad hoc innovandum; ita tamen ut tam in primodicto Oppido in Civitatem Episcopalem a Nobis, ut praefertur, erecto, ac in singulis viginti sex Locis antea Jurisdictioni tunc existentis Abbatis primodicti Monasterii subjectis, quam in singulis quindecim Locis a Dioecesi Taurinen. ut praefertur, dismembratis praesentis, locum habeant Cancellariae Apostolicae Regulae, ad quarum formam, & praescriptum quocumque generis Beneficia Ecclesiastica ab Apostolica Sede praefata, vel a pro tempore existente Episcopo Pinarolien. respectu conferantur, Apostolica auctoritate praefata decernimus, statuimus, & declaramus.

Mense autem Episcopali novae Ecclesiae Pinarolien. praefatae omnia, & quaecumque ad Mensam Abbatialem primodicti Monasterii quomodolibet spectantia, & pertinentia bona, res, proprietates, & Jura universa, illorumque annuos redditus, obventiones, & emolumenta quaecumque ad annum summam, duodecim millium decemcentarum & novem circiter librarum monetae Pedemontanae, seu bis mille quadringenta quadraginta unum monetae Romanae constituentium, ut etiam accepimus, accendit, & gravata pro annua summa trecentarum, & sexdecim librarum similium certis diebus Mensae Abbatiali incumbentibus, nempe sabbato Concionatoris tempore Adventus, & Quadragesimae, & Eleemosynis feria quinta majoris Hebdomadae, necnon Cera in Processione Sanctissimi Corporis Christi, taleisque, & Canone trium minarum legalae, ac manutatione Infantium expositorum vulgo Venturini nuncupatorum, oneribus; supportatis tamen per futurum Episcopum Pinarolien. pro tempore existentem omnibus hujusmodi; eadem Apostolica auctoritate similiter perpetuo applicamus, & appropriamus.

Itemque, ut futurus pro tempore existens Episcopus Pinarolien. statum suum juxta Pontificalis Dignitatis exigentiam decentius, & honorificentius tenere valeat, eidem Mensae Episcopali secundodicti Monasterii, ad saecularem statum a Nobis, ut praefertur, redactum, una cum omnibus & singulis bonis tam mobilibus, quam immobilibus, & feroventibus, vasis etiam aureis, & argenteis, sacra, & pretiosa suppellectili, nec non membris, Molendinis, Domibus, Vineis, Praediis, Animalibus, iisque omnibus, quibus Molendina, Domus, Vineae, & praedia hujusmodi infra dicta reperuntur, nec non censibus, Canonibus, & Proprietatibus, juribus, praerogativis, praesentibus, Jurisdictionibus, fundis & pertinentiis, necnon fructibus, redditibus, proventus, decimis, obventionibus, & emolumentis universis, quibuscumque nominis, naturae, speciei, qualitatis, & quantitatis existant, ad secundodictum Monasterium, ad saecularem statum a Nobis, ut praefertur, redactum, illiusque Praepositi hactenus perpetuo Commendatarium pro tempore existentem, necnon Praeposituralem, & Conventualem Mensae quomodolibet spectantibus, & pertinentibus, & signanter summa quatuor millium centum & quinquaginta septem circiter librarum hujusmodi secundodicti Monasterii ad saecularem statum a Nobis, ut praefertur, redacti Capitulo, & Canonicis Regularibus ab illius Praepositi perpetuo Commendatarium quotannis partim in pecunia numerata, partim vero in diversis rerum speciebus hactenus subministrata, insimul ad summam quindecim millium nongentarum & quinquaginta trium circiter librarum similium annuatim, ut pariter accepimus, ascendentibus, super quibus, Mensae videlicet Praeposituralis praefatae fructibus, redditibus, & proventus nonnullae Pensiones annuae antiquae, insimul summam bis mille librarum parium constituentem, diversis Personis Ecclesiasticis, aut alias Pensionum hujusmodi capacibus illas annuatim respectu percipientibus dicta Apostolica auctoritate reservatae reperuntur, ut etiam accepimus, exceptis dumtaxat peculiaribus redditibus Sacrae Ecclesiae ipsius secundodicti Monasterii ad saecularem statum a Nobis, ut praefertur, redacti, pro annua consuetorum onerum, & Legatorum pium eidem Sacrae Ecclesiae incumbendum supportatione & implemento, salvis & intactis remansuris, eadem Apostolica auctoritate pariter perpetuo annuis, annectimus, & incorporamus.

Ita quod futurus pro tempore existens Episcopus Pinarolien. etiam Praepositus Ultien. semper denominetur, & revera sit, & uti talis omnibus honoribus, &

Applicatio fructuum Mensae Episcopali Pinarolien.

Cui etiam annuatim Pensionem annuam cum suis Mensis, & redditibus.

Onera ab Episcopo & Praeposito supportanda.

prerogativis, praesentibus, & redditibus tam novis, quam antiquis, quibus hactenus Praepositus perpetuo Commendatarius, & Capitulum Ultien. gavisus sunt, etiam in ea parte, quae est in Regno Galliarum, & potissimum Jure nominandi ad quoscumque generis Beneficia etiam Curata, per Canonicos quoque Regulares Congregationis Ultien. regis, & gubernari solita, quibuscumque donationibus, & piis relictis secundodicti Monasterii, illiusque Ecclesiae praefatae, Capitulo, & Canonicis Regularibus nunc ad saecularem statum a Nobis, ut praefertur, redactis, aut eorum intuitu quomodolibet forsan factis nequaquam obstantibus, aequae & pariformiter, ac sine ulla exceptione omnino fruatur, & gaudeat, & e contra nedum ad integram solutionem, & praesentationem omnium, & singularum Pensionum praefatarum iis, quibus Pensiones ipsae, ut praefertur, reservatae existunt, quoad ipsi naturaliter vixerint, & unusquisque eorum respectu vixerit, juxta singularum Literarum Apostolicarum super eorumdem Pensionum reservationibus respectu confectarum seriem, continentiam, & tenorem, sciendam, efficaciter obligatus existat, verum etiam omnia, & singula onera, & obligationes, quae in rerum speciebus, vel in pecunia numerata debeantur, & ex conventionibus particularibus, aut alio quocumque modo proficiscantur aut juxta solitum exequenda sint in Regionibus Galliarum Charissimo etiam in Christo Filio Nostro Regi Christianissimo subjectis, in perpetuum supportari, & adimplere omnino teneatur.

Proptereaque licet praefata Personae eidem Ecclesiae Pinarolien. tam nunc a primava illius Ereptione, & Institutione hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet Pastoris solatio desint in Episcopum praesentem, ejus, & dictae Mensae Episcopalis nomine, omnium & quorumcumque tam Mensae Abbatialis primodicti Monasterii, quam Monasterii secundodicti ad saecularem statum a Nobis, ut praefertur, redacti, ac illius Mensae Praeposituralis, ac Conventualis praefatarum, respectu bonorum, rerum, proprietatum, jurium, honorum, praerogativarum, praesentiarum, Jurisdictionum, fundorum, pertinentiarum, decimarum, fructuum, reddituum, proventus, obventionum, & emolumentorum universorum praefatorum, veram, realem, & corporalem possessionem per se, vel alium, seu alios, propria auctoritate apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere, illaque respectu locare, dislocare, arrendare, percipere, exigere, levare, & recuperare, ac in suos, & dictae Mensae Episcopalis usus, & utilitatem, necnon praefatorum, aliorumque infra scriptorum onerum supportationem convertere, cujusmodi licentia desuper minime requiritur. Cum hoc tamen, quod idem futurus & pro tempore existens Episcopus Pinarolien. & futurus Praepositus Ultien. praeter expressa, & super enunciatia, alia quoque infra scripta onera, aliaque infra scripta obligationes supportare, & adimplere debeat: videlicet quotannis praestare teneatur libras mille centum & octoginta quatuor dictae monetae Pedemontanae, nempe quadringentas libras hujusmodi pro congrua Rectoris nunc & pro tempore existentis Parochialis Ecclesiae Loci de la Rua, & ducentas sexaginta sex libras similes, & solidos tresdecim, ac quatuor denarios monetae praefatae, pro supplemento Congruae debitae nunc & pro tempore existenti Rectori alterius Parochialis Ecclesiae Loci de Uffeaux, ac alias libras octoginta pates Concionatoris Loci de Chaumont, & viginti septem sextarios fecalis calculatos in libris octoginta & una, pro Eleemosina in Feria quinta majoris hebdomadae, ac alias libras centum trigintatres, & solidos sex, ac octo denarios ejusdem monetae, pro manutatione Sacrorum Ornamentorum Sacrae Ecclesiae Ultien. aliasque libras ducentas viginti tres, & solidum unum monetae hujusmodi, ad quam summam calculatur argentum, & sextarii quindecim cum tribus quattis alterius sextarii similis vini, & sextarii quadraginta novem fecalis Hospitali Ultien. a secundodicti Monasterii ad saecularem statum a Nobis, ut praefertur, redacti Praeposito pro tempore existente debitas; necnon alia annua onera, quibus Mensa Conventualis ejusdem secundodicti Monasterii ad saecularem statum a Nobis, ut praefertur, redacti obnoxia reperitur; solvendi nimirum octo libras similes Sacrae praefatae, aliasque libras quadraginta quinque pates, pro Pensione vitalitiae cognominata Fantin la Combe debita, aliasque trecentas octoginta tres libras hujusmodi, repartendas titulo di-

tributionum inter praesentes, & interessentes Choro ad formam Legati a quondam tunc in humanis agente cognominato Viala relictis, subire, & sustinere.

Itemque ad manutentionem tam primodictae Collegatae Ecclesiae, in Cathedrali Ecclesia a Nobis, ut praefertur, erectae, quam secundodictae illi annexae S. Mauricii pro una medietate expendendam, quorum altera medietas Capitulo ipsius Ecclesiae Pinarolien. incumbat, nec non impendere quidquid opus, & necesse fuerit, tam pro reparatione aliarum Ecclesiarum fabricarum, & aedificiorum, quam pro manutatione bonorum Ecclesiae Pinarolien.; illiusque Mensae Episcopalis hujusmodi, & secundodicti Monasterii ad saecularem statum a Nobis, ut praefertur, redacti, eidemque Mensae Episcopali a Nobis similiter, ut praefertur, uniti & incorporati. Insuper duodecim mille centum & quinquaginta libras dictae monetae Pedemontanae in pecunia numerata annuatim solvere, & exburseare, videlicet libras mille quingentas Archidiacono, aliasque libras septingentas, & quinquaginta Thesaurario pro tempore existentibus primodictae Collegatae Ecclesiae in Cathedrali Ecclesia a Nobis, ut praefertur, erectae, pro dote, seu annuo reddito earum respectu Praebendarum Canonicalium, ac libras bis mille quingentas in usum distributionum quotidianarum Cleri superioris, & alias libras nongentas in similem usum distributionum quotidianarum Cleri minoris primodictae Collegatae Ecclesiae in Cathedrali Ecclesia a Nobis, ut praefertur, erectae, alias libras bis mille dicto Seminario Puerorum Ecclesiastico Pinarolien. reliquaque libras quatuor mille quingentas novem, superius nominatis, & cognominatis Canonicis Regularibus ad saecularem statum a Nobis, ut praefertur, redactis, quoad ipsi vixerint, & quilibet eorum respectu vixerit, & deinde novem Presbyteris, servitiis & obsequiis Ecclesiae secundodicti Monasterii ad saecularem statum a Nobis, ut praefertur, redacti, ut infra, addicendis, & deputandis, ad rationem quingentarum librarum hujusmodi pro quolibet, pro eorum stipendio, & congrua sustentatione, quotannis in perpetuum solvere, & subministrare debeat, & teneatur.

Sane cuicumque praedictio, quod forsan Habitatores, & Commorantes in Montibus Jurisdictionis pro tempore existentis Praepositi secundodicti Monasterii obsecrationem, aliaque praemissa in spiritualibus pateantur, tum ratione neglectus exercitii curae Animarum, & consecutionis Indulgentiarum, aliarumque spiritualium gratiarum, tum etiam ratione onerum Misericordiarum, & Anniversariorum, quae ceteroquin omittentur, & respective non adimplerentur de more in Ecclesiis, Capellis, & locis a Fundatoribus designatis, & deinde in perpetuum novem Presbyteris secularibus ab eodem futuro, & pro tempore existente Episcopo Pinarolien., & etiam futuro Praeposito Ultien. ad ejus nutum amovibiliter ponendis, & deputandis, reliqua praefatorum aedificiorum portione ad usum, & commodum ipsius Episcopi Pinarolien., & Praepositi Ultien. integre remansura: Quodque duo habeantur in perpetuum Clerici eidem Ecclesiae Sancti Laurentii illiusque Sacrae praefatae inservientes, ab eodem futuro, & pro tempore existente Episcopo Pinarolien., etiam futuro Praeposito Ultien. pro tempore deputandi, & ad ejus nutum pariter amovibiles, quibus, utriusque eorum videlicet, salarium ex peculiaribus, & separatim redditibus ejusdem Sacrae tribuatur. Ex eisdem autem novem Canonicis ad saecularem statum a Nobis, ut praefertur, redactis, & deinde, illis deficientibus, ex novem Presbyteris secularibus in eorum locum

Providentia pro regimine, & sacrae Monasterii dismembrati.



ANNO 1748.

deinceps subrogandis, ut magis idoneus, & prudens ab eodem futuro, & pro tempore existente Episcopo Pinarolien. etiam futuro Praeposito Ultien. etiam pro tempore deputandus, aliorum octo sit Caput, & denominetur Vicarius Foraneus, quo quidem munere hac prima vice praefatus Joannes Agnes fungatur, ad quem in casibus necessariis facilius, & commodior pateat accessus, & a quo instantaneae capiuntur provisiones, ubi Episcopus Pinarolien. etiam Praepositus Ultien. praesens, propter qualitatem viarum, & asperi itineris difficultatem, hyemali potissimum tempore, adiri a Diocesanis nequeat, ipseque Joannes Agnes dumtaxat, donec vixerit, & servitio ipsius Ecclesiae Sancti Laurentii addictus fuerit, gaudere debeat etiam aliquibus parvis emolumentis, quibus hactenus gavissus est in Gallia specie quadam beneficii, quo ipse ad praesens fruitur; Alius vero sit, & nuncpetur Eleemosynarius, quo primo munere hac prima vice praefatus Dominicus iungatur, qui etiam praestit curae, & regimini Hospitalis Ultien, quique similiter frui, & gaudere debeat, dum vixerit, eidemque Hospitali inservire, salario, quo ad praesens gaudet, octoginta librarum parium ab ipso met Hospitali percolvendarum, eidem modo, & forma, quibus hactenus pro suscepto munere huiusmodi percolutum fuit; Tertius demum sit, & esse debeat Sacrista, in quo munere continuare debeat primodictus Josephus Antonius modernus inibi Sacrista, qui simili modo gaudere etiam debeat parvis quibusdam emolumentis, quibus uti Sacrista praefatus ad praesens fruitur, & quorum oneri nova Mensa Episcopalis praefata obnoxia non sit. Ipsi autem omnes novem Canonici Regulares nuper ad saecularem statum a Nobis, ut praefatur, redacti, seu Presbyteri saeculares a futuro, & pro tempore existente Episcopo Pinarolien., etiam futuro Praeposito Ultien. praefato identidem amovibilibus ad eum nutum subrogandi, servitii, & obsequii ipsius Ecclesiae S. Laurentii ita sint addicti, ut quolibet anno undecim anniversaria cum cantu peragere, & mille quadringenta octoginta duas Missas lectas a piis Benefactoribus relictas celebrare, prout Capitulo Regulari secundodicti Monasterii ad saecularem statum a Nobis, ut praefatur, redacti, ante secularizationem huiusmodi, Anniversaria, & Missa huiusmodi peragebantur, & respective celebrabantur, nec non Missam, & Vesperas diebus Festis de precepto canere, & iisque personaliter, & co illegialiter interesse, Sacramentalis utriusque sexus Christifidelium illuc confluentium Confessiones excipere, ipsique Ecclesiae Sancti Laurentii, illiusque Choro, ad instar saecularis, & Collegiatae Ecclesiae laudabiliter inservire, ceteraque onera illius Sacristiae, aliaque omnia ab eodem futuro, & pro tempore existente Episcopo Pinarolien. etiam futuro Praeposito Ultien. congrue statuenda, adimplere omnino teneantur.

Pro eorum vero congrua sustentatione, & onerum praefatorum supportatione, & implemento, praeter quingentas libras praefatas, unicuique eorum per futurum, & pro tempore existentem Episcopum Pinarolien. etiam futurum Praepositum Ultien. praefatum annuatim, ut praefatur, percolendas, ac praeter habitacionem eis etiam, ut praefatur, assignandam, alias quoque superius memoratas trecentas octoginta quatuor libras annuas praefato cognominato Viala, ut praefatur, legatas, pro interessentia Choro, inter eos aequaliter dividendas, percipiant, & lucrentur; eisque praeterea competat jus percipiendi emolumenta, & Eleemosynas Anniversariae, & trecentarum sexaginta quinque Misarum lectarum in praefata Ecclesia Sancti Laurentii, & aliarum quinquaginta duarum Misarum etiam lectarum in Capella Sancti Romani, cum parva distributione die Commemoracionis omnium Fidelium Defunctorum a praefata Sacrista Ultien. quotannis satisfaciendarum; itemque aliarum quadraginta Misarum similibus ad Altare Sancti Angeli Custodis, & unius Missae sollemnis etiam cum parva distributione eadem die Commemoracionis Fidelium Defunctorum, pro quorum Legatorum satisfacione Hospitalis Ultien. libras quadraginta quatuor circiter quotannis solvere tenetur. Ceterum si praefati novem nuper Canonici Regulares, ad saecularem statum a Nobis, ut praefatur, redacti, aut eorum aliquis, sponte & voluntarie discesserint, aut respective discesserint, ipsius Ecclesiae Sancti Laurentii servitio relicto, nec assignationem praefatarum quingentarum librarum,

nec quidquam aliud pretendere valeant, aut respective valeat. Donec vero, & quousque apud ipsam Ecclesiam Sancti Laurentii permanserint, pro omnium praefatorum onerum implemento, ipsi nihil aliud unquam, praeter praemissa, a futuro, & pro tempore existente Episcopo Pinarolien. etiam futuro Praeposito Ultien. praefato, petere, aut pretendere possint. Nos enim corras alias reservationes, sub quibus idem novem nuper Canonici Regulares ad saecularem statum a Nobis, ut praefatur, redacti, & in loco Ultien. apud dictam Ecclesiam Sancti Laurentii permansuri, suum super praemissis consensum praestiterunt, dicta Apostolica auctoritate omnino rejicientes, & de medio tollentes, ac pro non appostitis haberi, & ceteri debere decernentes, eorum consensum huiusmodi, hac in parte, Motu pari, & de simili potestatis Apostolicae plenitudine, supplemus.

Insuper eidem futuris, & pro tempore existentibus Ecclesiae Pinarolien. Episcopo, Capitulo, & Canonicis etiam Dignitates praefatas obtinentibus, ut ipsi Capitulariter congregati, pro dicta Ecclesia Pinarolien. ac illius Mensae Capitularis, Sacristiae, & Fabricae, earumque rerum, & honorum, tam spiritualium, quam temporalium prospero, felicitate statu, regimine, gubernio, & directione, ac onerum eis pro tempore incumbentium supportatione, Misarum, horarum Canoniarum, diurnarum & nocturnarum, aliorumque Divinorum Officiorum, Processionum, Funeralium, & anniversariorum celebratione, ac de Dignitatibus, Canoniciatibus, & Praebendis, ac Beneficiis praefatis, aliisque Ministeriis Ecclesiasticis, inibi pro tempore providendum receptione, & admisione, personali residentia, distributione etiam quotidianarum, & emolumentorum quorumcumque repartitione, & administratione, penarum per absentes, ac Divinis Officiis, & Functionibus suis loco, & tempore non interessentes, seu onera, & ministeria eis respective incumbentia subire negligentes, incurrendam impositione, singulorum praesentis, & absentis notandis, caeremoniis, & functionibus in primodicta Collegiata Ecclesia in Cathedrali Ecclesia a Nobis, ut praefatur, erecta, illiusque Choro, Capitulo, Processionibus, & aliis actibus servandis, nec non Ministeriis ipsius primodictae Collegiatae Ecclesiae in Cathedrali Ecclesia a Nobis, ut praefatur, erectae deputandis, & amovendis, salariorum, & stipendiis eorum quilibet assignandis, & quibusvis aliis rebus in praemissis, & circa ea quomodolibet necessariis, & opportunis, quaecumque Statuta, Ordines, Capitula, Decreta, licita tamen & honesta, & sacris Canonibus, ac Constitutionibus, & Decretis Apostolicis non contraria, condendi, & edendi, conditaque, & edita pro temporum, & rerum variatione, ac qualitate, mutandi, limitandi, corrigendi, declarandi, & interpretandi, ac in meliorem formam redigendi, seu alia de novo etiam ex integro condendi, & per eos, ad quos pro tempore spectabit, sub poenis in contravenientes statuendis, observari faciendi, plenam, liberam, & omnimodam facultatem, potestatem, & auctoritatem eadem Apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, & impertimur.

Praeterea tam modernis quam futuris respective primodictae Collegiatae Ecclesiae in Cathedrali Ecclesia a Nobis, ut praefatur, erectae Archidiacono, ac Praeposito, & Archipresbytero, ac Cantori, & Thesauro, ac Primicerio lex ex octodecim Canonicis, totidemque Praebendis praefatis, ut praefatur, respective obtenturis, ac reliquis duodecim Canonicis ac sex Beneficiis, seu Mansionariis praefatis, eorumque in Archidiaconatu, Praepositura, Archipresbyteratu, Cantoratu, Thesaurariatu, & Primiceriatu, ac singulis Canoniciatibus, & Praebendis, nec non Beneficiis, seu Mansionariis praefatis successibus respective pro tempore existentibus, ut ipsi, Archidiaconus videlicet, ac Praepositus, & Archipresbyter, ac Cantor, & Thesaurarius, ac Primicerius, nec non reliqui duodecim Canonici Rochetum cum suis manicis, & Cappam magnam violacei coloris cum pellicibus armellinis; sex vero Beneficiati, seu Mansionarii praefati Almutias cineracei coloris tam in primodicta Collegiata Ecclesia in Cathedrali Ecclesia a Nobis, ut praefatur, erecta, quam extra eam, & tam in Processionibus, quam aliis actibus, & functionibus quibuscumque publicis, & privatis, etiam extra Civitatem Pinarolien. praefatam, ac ubique locorum, etiam in Synodalibus, Provincialibus, & universalibus Con-

PONT. A. IX.

Facultus concedendi novis Cathedrali.

Inclutem delationis habitus pro Capitulo no. ve Cathedrali.

PONT. A. IX.

Commissaria privilegiorum cameralibus.

Referatio Juris Regni Sardiniae.

Conciliis, ac etiam in praesentia Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium etiam de Lateri Legatorum, Archiepiscoporum, Episcoporum, ac aliorum quorumcumque, ac etiam in ipsius primodictae Collegiatae Ecclesiae in Cathedrali Ecclesia a Nobis, ut praefatur, erectae Choro, & Capitulo, quibusvis anni temporibus, & diebus, deferre, & gestare, illisque respective ut libere, & licite possint, & valeant.

Eisdem quoque Archidiacono, & Praeposito, ac Archipresbytero, & Cantori, ac Thesauro, & Primicerio lex ex octodecim Canonicis, totidemque Praebendis praefatis, ut praefatur, obtenturis, ac reliquis duodecim Canonicis, & sex Beneficiis, seu Mansionariis pro tempore existentibus praefatis, ut ipsi, eorumque Officiales, & Ministri, ac res, bona, proprietates, & iura quaecumque, omnibus & singulis tam spiritualibus, quam temporalibus privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, praerogativis, antelationibus, concessionibus, indulgitiis, favoribus, & gratis, quibus aliarum Capitulum Cathedralium Ecclesiarum illarum partium similium, Dignitates, Canoniciatus, & Beneficia in eis obtinentes, eorumque Officiales, & ministri, ac bona, iura, res, & proprietates de iure, usu, consuetudine, privilegio, aut alias quomodolibet, non tamen titulo oneroso, aut ex Indulto, seu Privilegio particulari, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt, quomodolibet in futurum, similiter, & pariformiter, ac aequae principaliter, & ubique absque ulla profusa differentia, quomodolibet tamen illa sint in usu, & non revocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, & sacrifica Canonibus, & Constitutionibus, ac Ordinationibus, & Decretis Apostolicis, non repugnent, uti, frui, potiri, & gaudere etiam possint, & valeant, perinde ac si eis nominatim & expresse concessa fuissent, eadem Apostolica auctoritate etiam perpetuo concedimus, & indulgemus. Nec non Capitulo, & Canonicis etiam sex Dignitates praefatas pro tempore respective obtinentibus praefatis, jus eligendi praefatos Vicarios pro exercitio Curae Animarum tam S. Donati a Nobis in Cathedrali Ecclesia, ut praefatur, erectae, & S. Mauricii Ecclesiarum praefatarum, quom in Burisafche, & Rive, ac Bardenalcho, & Taluchi locis praefatis existentium Parochianorum, salvum & illis factum, ut antea remanere volumus, atque decernimus. Uterius praefata Regi Octavio Emmanueli, & pro tempore existenti Sardiniae Carolo, ratione Ducatus Sabaudiae, Juspatronatus, & praesentandi ad Ecclesiam Pinarolien. huiusmodi, & praesentandi ad Ecclesiam Pinarolien. huiusmodi, & institutione a Nobis, ut praefatur, factis huiusmodi, Pastoris solatio desitutum, quam deinceps, quoties eam pro tempore quomodolibet etiam Pastoris solatio desitit contigerit, Personam idoneam per Nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem ad praesentationem huiusmodi eidem Ecclesiae Pinarolien. in Episcopum praeficiendam, nec non ad Archidiaconatum, & Thesaurariatum, ac unum, & alterum Canoniciatus, unamque, & alteram Praebendam Archidiaconatus, & Thesaurariatus praefatis respective adherens, & adherens a Nobis, ut praefatur, erectos, & erectas huiusmodi, quandocumque, & quotiescumque illos, & illas de cetero quibusvis modis, & ex quorumcumque Personis, etiam Nostri, & Romani Pontificis pro tempore existentis, seu quorumvis praefata Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, etiam tunc viventium Familiaribus, & continuis Commensalibus, seu Romanae Curiae Officialibus, aut alias reservationem, & affectionem inducentibus, seu per liberam, etiam ex causa permutationis, respective resignationes de illis in Romana Curia praefata, etiam in Nostri, & Romani Pontificis pro tempore existentis manibus, vel extra eam quomodolibet respective factas, & admittas, assequutionem aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum quavis auctoritate collatorum, seu illos, & illas pro tempore respective obtinentium in aliquo ex Mensibus Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existentis praefato, ac eidem deit Apostolicae reservatis decessum, vel quamvis aliam dimissionem, amissionem, privationem, Religionis ingressum, professionis emissionem, Matrimonii contractum, aut alias quomodocumque, & qualitercumque vacare contigerit, coram Ordinario Loci Personas itidem idoneas in Archidiaconatu, &

Thesaurariatu, nec in uno, & altero Canoniciatus, ac una, & altera Praebendis Archidiaconatu, & Thesaurariatu praefatis respective adherens a Nobis, ut praefatur, erectis, ad praesentationem huiusmodi per eundem Loci Ordinarium respective instituendis, simili Apostolica auctoritate perpetuo reservamus, concedimus, & assignamus, nec non Juspatronatus, & praesentandi huiusmodi tam ad Ecclesiam Pinarolien. quam ad Archidiaconatum, & Thesaurariatum, unumque, & alterum Canoniciatus, ac unam, & alteram Praebendam ipsius Archidiaconatus, & Thesaurariatus respective adherens, & adherens a Nobis, ut praefatur, erectam, ac erectos, & erectas huiusmodi, Regium existere, eidemque Carolo Emmanueli, & pro tempore existentis Sardiniae regi ratione praefati Ducatus Sabaudiae, & pro Patronatus & praesentandi Jaro, quod ad primo, & secundodicta Monasteria eidem Carolo Emmanueli regi respective competeat, ut praefatur, competere, illudque vin, effectum, naturam, substantiam, essentiam, qualitatem, validitatem, & roboris firmitatem Juspatronatus Regii huiusmodi obtinere, ac uti tale, sub quacumque derogatione, etiam cum quibusvis praerogativis, & efficacissimis clausulis & decretis in quacumque dispositione etiam per viam Constitutionis, Legis, Regulae Cancellariae Apostolicae, aut alias quomodocumque facta, nullatenus comprehendere, neque illi ullo unquam tempore, & ex quavis causa derogari posse, neque debere, ac collationes, provisiones, & quavis alias dispositiones de Archidiaconatu, & Thesaurariatu, unoque, & altero Canoniciatus, ac una, & altera Praebendis Archidiaconatus, & Thesaurariatus praefatis respective adherens a Nobis, ut praefatur, erectis huiusmodi, absque ipsius Carolo Emmanueli, & pro tempore existentis Sardiniae Regis praefati, ratione praefati Ducatus Sabaudiae, consensu, seu praesentatione, pro tempore factas, processibusque desuper habendos, & inde sequenda quaecumque nulla, & invalida, nulliusque roboris, vel momenti fore, & esse, ac pro nullis, & ineficis haberi, nec jus, aut coloratum titulum possidendi cuiquam per illa tribui posse, etiam decernimus.

Juspatronatus vero latorum, quod praefata Familia illorum de Resianis ad Canoniciatus, & Praebendam, quos dilectus pariter Filius Octavius etiam de Resianis Clericus, seu Presbyter ad praesens obtinet, ut pariter accepimus, competeat, ad dictum Primiceriatum a Nobis, per praesentes, ut praefatur, erectum, ita quod idem moderni, & pro tempore existentes Canonici, & Praebendis huiusmodi Patroni, tam ad Primiceriatum quam ad Canoniciatus, & Praebendam huiusmodi eidem Primiceriatu adherens, quoties illum, & illos de cetero quomodolibet vacare contigerit, unam, eandemque personam idoneam praesentare possint, & valeant, ac etiam debeant, & teneantur, Apostolica etiam auctoritate extendimus, & ampliamus.

Postremo firma, & intacta remanente Ecclesiae Taurinens. taxa in libris Camerae Apostolicae descripta, novam Ecclesiam Pinarolien. praefatam supra antiquam primodicti Monasterii taxam sexcentum florenorum auri huiusmodi, ad alios vigintiquatuor florenos auri similes, ratione unionis secundodicti Monasterii ad saecularem statum a Nobis, ut praefatur, redacti, praefatae Mensae Episcopali Pinarolien. etiam, ut praefatur, factae, taxari volumus, & mandamus; sicque integram taxam ipsius Ecclesiae Pinarolien. in eisdem Camerae Apostolicae Libris describendam, sexcentum vigintiquatuor florenorum auri similibus fore constituimus.

Praesentes quoque literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel alio quovis defectu, notari, impugnari, invalidari, seu in jus, vel controversiam vocari, aut adversus illas quodcumque juris, vel facti, aut gratiae remedium impetrari posse, nec illas sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, per Nos, & Sedem Apostolicam praefatam, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam Motu simili, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, etiam Consistorialiter pro tempore factis, & faciendis, &

ANNO 1748.

Extensio ab-terius Jus patronatus.

Praxio raxae Ecclesiae Pinarolien.



comprehendi, vel confundi, sed tanquam ad fidei Catholica exaltationem, Divinique cultus incrementum, & animarum redificationem factas, & emanatas, semper ab illis excipi, & quomies illae emanabunt; toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo, etiam sub quacumque posteriori data per futuros, & pro tempore existentis Episcopum, Capitulum Pinarolien. praefatos, ac alios, in quorum favore eadem praesentes quomodolibet concernant, quancumque eligenda, concessas, validasque, & efficaces fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & sic ab omnibus censeari, ac ita per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac eisdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, vicelegatos, distaeque Sedis Nuncios, sublati eis, & eorum cullibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane similiter decernimus.

Quocirca dilecto similiter filio moderno, & pro tempore existenti Nostro, & Sedis Apostolicae Nuncio in Civitate Taurinen. commoranti, Motu simili, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipse per se, vel per alium, seu alios, praesentes Nostras Literas, & in eis contenta quacumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte pro tempore existentium Episcopi, & Capituli Pinarolien. vel aliorum, quorum favorem praemissa omnia, & singula quomodolibet concernunt, aut aliquis eorum, fuerit requisitus, solemniter publicans, eisque, & eorum cullibet in praemissis, efficacis defensionis praesidio assistens, faciat auctoritate Nostra eadem praesentes, & in eis contenta hujusmodi, ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, ac eisdem pro tempore existentibus Episcopum, & Capitulum Pinarolien. alioque praefatos, illis pacifice frui, & gaudere, non permittens ipsos, vel eorum quempiam per quoscumque quavis auctoritate fungentes desuper quomodolibet molestari, perturbari, vel inquietari, Contradictores quoslibet, & Rebelles, per sententias, censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, sententias, censuras, & penas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachii Saecularis.

Et nihilominus Nostro, distaeque Sedis Nuncio praefato per eadem Apostolica scripta similiter mandamus, quatenus ipse Archidiaconatum, ac unum, & unum, cujus, & quorum insimul Centum septuaginta unius Ducatorum auri de Camera, & Juliorum septem monetae Romanae cum dimidio alterius Julii similis Antonio Charean Presytero nuper Canonico Regulari praefati Ordinis Sancti Augustini Canonico Regularium, ac secundoliti Monasterii Priori ad Saecularem statum a Nobis, ut praefertur, redacto, nec non Theofaurariatum, ac alterum, & alteram, Canonicatum, & Praebendas de novo, ut praefertur, erectas, & erectas hujusmodi, cujus, & quorum etiam insimul nonaginta unius Ducatorum auri similium, & Juliorum septem distae monetae Romanae, cum dimidio alterius Julii parvis respective fructus, redditus, & proventus secundum communem estimationem valorum annuum, ut pariter accepimus, non excedunt, Manfredum Dana, de praefato Caroli Emmanuelis regis consensu, necnon Archipresbyteratum Josepho Cerruti, & Cantoratum Franciscio Dominico Belli modernis primodictae Collegiatae Ecclesiae in Cathedrali Ecclesia a Nobis, ut praefertur, erectae, Canonicis etiam Decimantibus nuncupatis, quorum Canonicatus, & Praebendae Archipresbyteratus, & Cantoratus hujusmodi alia Praebenda carentibus, semper respective adherere, ac etiam deinceps insimul cum eis respective conferri, & abique dispensatione Apostolica etiam insimul, ut praefertur, retineri respective debeant, Clericis, seu Presbyteris dilectis similiter Filiis; demum Primiceriatum, ut praefertur, erectos, a primava illorum, & illarum erectione, & institutione hujusmodi respective vacantes, cum plenitudine Juris Canonici, ac omnibus juribus, & pertinentiis suis praefato Octavo, de consensu mo-

Commissio Nuncio Taurinensi

Collationes Praebendarum ac Canonicatus

dermi unici, seu modernorum ejusdem Primiceriatu Pont. A. IX. Nostri, ut praefertur, erecti, & insintri Patroni, seu Patronorum, respective conferre, & assignare auctoritate Nostra curet; Inducens per se, vel alium, seu alios, Antonium, recepto prius ab eo Nostra, & Romanae Ecclesiae nomine, fidelitatis debite solito Juramento, juxta formam, quam sub Bulla Nostra mittimus introclusam, ac Manfredum, & Josephum, ac Franciscum Dominicum, & Octavianum praefatos, vel eorum respective Procuratores, eorum respective nominibus in Archidiaconatus, & Theofaurariatus, ac Archipresbyteratus, & Cantoratus, ac Primiceriatu, nec non Canonicatum, & Praebendarum de novo, ut praefertur, erectorum, & erectarum hujusmodi, Juriumque & Pertinentiarum praefatorum respective corporalem possessionem, & defensionem inducitur, amotis quibuslibet illicitis detentoribus ab eisdem; ac faciens Antonium ad Archidiaconatum, & Manfredum ad Theofaurariatum, ac Josephum ad Archipresbyteratum, & Franciscum Dominicum ad Cantoratum, necnon Octavianum, vel pro eis eorum respective Procuratores praefatos, ad Primiceriatum hujusmodi, ut est moris, admitti, ipsosque Antonium, & Manfredum, vel etiam pro eis Procuratores praefatos, ad unam, & alteram Praebendam de novo, ut praefertur, erectas hujusmodi, in primodicta Collegiata Ecclesia in Cathedrali Ecclesia a Nobis, ut praefertur, erecta, in Canonicos recipi, & in Fratres, Stallo eis, & eorum cullibet in Choro, & Loco in Capitulo primodictae Collegiatae Ecclesiae in Cathedrali Ecclesia a Nobis, ut praefertur, erectae, cum dicti Juris plenitudine respective assignatis, eisque de Archidiaconatus, & Theofaurariatus, nec non Canonicatum, & Praebendarum de novo, ut praefertur, erectarum, & erectarum hujusmodi respective fructibus, redditibus, proventus, juribus, obventionibus, & emolumentis universis integre respective responderi, Contradictores, auctoritate Nostra praefata, appellatione postposita, compescendo.

Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris Nostri, quae caveatur, ne quis extra suam Civitatem, vel Diocesim, nisi in certis inibi expressis, & exceptis casibus, & in illis non ultra unam Dieta a fine suae Diocesis ad Judicium evocetur, seu ne Judices a Sede praefata deputati extra Civitatem, vel Diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii, vel alii vires suas committere audeant, seu praesumant; & in Concilio generali edito de duabus Dietis; ac quibusvis aliis etiam in Synodalibus, Provincialibus, Generalibus Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Nostris, & Cancellariis Apostolicis praefatae Regulis de gratis ad instar non concedendis, & de exprimendo vero anno valore, nec non de Jure quaesito non tollendo, ac de Unionibus committendis ad Partes, vocatis, quorum interest, necnon Lateranensis Concilii novissime celebrati, Uniones, & applicationes perpetuas, nisi in casibus a Jure permixtis, fieri prohibentis; ac quatenus opus sit, primo, & secundoliti Monasteriorum, & Ordinum praefatorum, necnon Taurinen. & Salutarum Ecclesiarum praefatarum, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis respective Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis quibusvis Superioribus, & Personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam Derogatoriis Derogatoriis, alisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis, etiam Motu, Scientia, & Potestatis plenitudine paribus, ac etiam Consistorialiter, aut alias quomodolibet, etiam pluries, & iteratis vicibus concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis, nec non quibuscumque ultimis priorum Testatorum voluntatibus, & dispositionibus, quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indivisa, ac de verbo ad verbum, non autem per Clausulas generales ideam importantes, mentio facienda, aut quavis alia ex qua forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omissio, & forma in illis tradita observata, inserti forent, eisdem praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis

Derogatio contraria

illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum omnium, & singulorum validitatis effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse, ac latissime, & plenissime, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus harum serie derogamus, alisque contrariis quibuscumque; Aut si aliquid Apostolica praefata, vel quavis auctoritate alia in primodicta Collegiata Ecclesia in Cathedrali Ecclesia a Nobis, ut praefertur, erecta in Canonicos recipi insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de Dignitatibus, ac Canonicatibus primodictae Collegiatae Ecclesiae in Cathedrali Ecclesia a Nobis, ut praefertur, erectae, speciales, vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis in illis Partibus generales distae Sedis, aut Legatorum ejus Literas impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem, & Decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus Antonium, & Manfredum, ac Josephum, & Franciscum Dominicum, ac Octavianum praefatos in Archidiaconatus, & Theofaurariatus, ac Archipresbyteratus, & Cantoratus, ac Primiceriatu, nec non Canonicatum, & Praebendarum de novo, ut praefertur, erectorum, & erectarum hujusmodi respective assequutione, volumus antefari, sed nullum per hoc eis quoad assequutionem Dignitatum, ac Canonicatum, & Praebendarum, aut Beneficiorum aliorum praedictarum generari; Seu si quibusvis communitur, aut divinum ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem, vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdicti, suspensi, vel excommunicari non possint, quoque de Dignitatibus, ac Canonicatibus, & Praebendis primodictae Collegiatae Ecclesiae in Cathedrali Ecclesia a Nobis, ut praefertur, erectae, vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, praesentationem, aut quavis aliam dispositionem conjunctam, vel separatam spectantibus, nulli valeat provideri per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem; & quibuslibet aliis Privilegiis, Indultis, & Literis Apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcumque tenoribus existant, per quae praesentibus non expressa vel totaliter non inserta, effectus earumdem praesentium impediti valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumcumque totis tenoribus habenda sit in Nostris Literis mentio specialis. Nos enim eidem Antonio, nec non Josepho, qui Canonicatum, & Theologalem, ac Hiacinthio, qui Canonicatum, & Penitentiarium, a Nobis, ut praefertur, erectas Praebendas hujusmodi ad praesens respective obtinent, ut ipsi, & eorum quilibet ratione Archidiaconatus, nec non unius, & alterius Canonicatum, ac unius Theologalis, & alterius Penitentiarium auncupatarum Praebendarum hujusmodi, gradus eis respective congruentes, & competentes suscipere minime teneantur, dicta Apostolica auctoritate ipsarum tenore praesentium indulgemus.

Volumus autem, quod dictus Antonius, antequam possessionem dicti Archidiaconatus adipiscatur, fidem Catholicam juxta Articulos jampridem a Sede Apostolica propositos, in Manibus Nostris, distaeque Sedis Nuncii praefati emittere, illamque sic emittam ad dictam Sedem, sine mendis cum sui, ac dicti Nuncii Subscriptione quantocius transmittere teneatur, alioquin dictus Archidiaconatus vacet eo ipso. Et insuper, quoad posterius mandatum Nostrum hujusmodi, ex nunc etiam irritum decernimus, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Per praesentes vero non intendimus tertio, & quardodidum Juspatronatus in aliquo approbare, ac lites pendentes hujusmodi super dicto vacante Beneficio, & Juribus Colligantibus in aliquo praedictare. Nulli ergo omnino Hominum liceat, hanc paginam Nostrae abolitionis, suppressionis, extinctionis, concessionis, appropriationis, secularizationis, dispensationis, Indulti, erectionis, institutionis, dismembrationis, separationis, exemptionis, assignationis, subjectionis, unionis, incorporationis, licentiae impetrationis, statuti, declarationis, applicationis, suspensionis, Jurispatronatus, reservationis, extensionis, ampliationis, consuetudinis, decreti, mandati, derogationis, voluntatis, & intentionis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis

Dei, ac BB. Petri, & Pauli, Apostolorum ejus servove. ANNO 1748. Dat. Romae. A. IX. die 25. Decembris 1748. Loco \* Plumbi.

SUPER LXVII. Conservazione & refessione Viarum Publicarum. BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI Ad perpetuam rei memoriam.

DUM omnibus commissi Nobis Populi utilitatibus, & commodis, pro rerum occurrentium opportunitate, sedulo prospicere non omissimus, illud etiam cavendum providendumque judicamus, ut quae maturo consilio a Nobis utiliter constituntur futuris quoque temporibus inconcussa permanent, nec unquam, ut saepe alias evenisse compertum est, annorum decursu in oblivionem & desuetudinem recidant.

Cum igitur puper, ad removenda nonnulla damna, & incommoda, quibus Almae Urbis Nostrae Civis, a-Chirogallioque in ea, & prope illa Urbana, & rustica praedia pham pro obtinentes, etiam Sacra, & Religiosa Loca, seu Ordines, Instituta, & Societates, ob necessariam Viarum Viam ipsius Urbis, quam Suburbicari tractus conservacionem & refessionem, frequenter affici cognovimus, univerva rei natura accurate perspecta, ac multiplici incommodorum origine in suis fontibus indagata, providas hac de re Praedecessorum Nostrorum Constitutiones confirmando, ac, ubi opus fuit, declarando, & moderando, certas quasdam Leges, & Ordinationes, nostri Motus proprii schedula sub die vigesima octava elapi mensis Octobris manu Nostra signata complexas ediderimus; quibus, non sine justa praedictorum omnium indennitate, tum incolarum, advenarumque usibus, & commoditatibus, tum etiam Pontificiae Residentiae splendore, & majestati satis consultum fore puravimus; reliquam est ut ad hujusmodi Legum, & Ordinationum perpetuam firmitatem, debitamque executionem assecurandam, ipsam hujusmodi schedulam, quam minus solenni forma conceptam, non ita pridem protulgari justimus, novo ac perenni Apostolica auctoritatis robore communiavimus. Ejus autem schedula tenor talis est, videlicet.

BENEDICTUS PAPA XIV. MOTU PROPRIO &c.

Sono talmente cresciuti da qualche tempo a questa Li Clamor parte li clamori de' Luoghi Pii, e di altri, che possedono Case, Fabbriche, ed altri Fondi di questa nostra Città di Roma, per le gravi, e continue Contrabuzioni, alle quali i medesimi sono forzati soccombere per il mantenimento, e rifacimento delle strade, che finalmente hanno risvegliata la Nostra Paterna provvidenza, e ci hanno persuasi, ed indotti a dargli, come in appresso il dovuto regolamento. Volendo adunque Noi, che si conservi, anche in rapporto alle pubbliche Strade, il decoro di questa nostra Sacerdotale, e Regia Residenza, ma non perciò, che si aggravino più del bisogno i nostri amatissimi Sudditi, come forse è seguito per lo passato, o per essersi troppo spesso, e quasi in ogni mutazione di Magistrato, variate, e mutata la forma delle medesime, ora elevandole, ed ora deprimendole, ora incurvandole nel mezzo, ed ora facendole a schiena d'Asino, ora lasciandole a Bastardoni, ora a Pietre grosse riquadrate, ed ora Quadrelli, ora in Calce, ed ora in Rena, e finalmente per altre cause, motivi, e pretesti, e tal volta senza neppur lasciare alli Possessori adiacenti il tempo conveniente per fare al Magistrato, e Tribuna-

Quod pro illius observantia confirmata reddidit. Tenor dicti Chirogalli.